Consolatorium timorate conscientie.



Prologus

¶ Consolatorium timorate conscientie / venerabilis fratris Johannis Nyder / sacre theologie professoris eximij de ordine predicatorum.

¶ Prologus.



Pud disciplinas reperimus philosophicas diuersis morbis corporũ medicos tradidisse antidota varia diuersis sub tractatib⁹. Cũ autẽ rationalis aĩa incomparabiliter nobilior sit corpore plus longe aĩaꝝ medicis de his opus est tractatus formare / quib⁹ egrotãti succurrat aĩe. Et ꝙꝙ in humanã aĩam cadere possint infirmitatũ spiritualiũ pene infinita accidẽtia: tñ pro presenti vni morbo qui est erronea conscientia principaliter succurrere propono per hũc tractatũ qui cẽseri potest consolatoriũ timorate conscientie / quẽ reuera solũ ex famosorũ doctorum tam theologie pagine ꝙ iuris canonici comportaui sententijs. Quia igitur in huius vite exilio nihil est bona conscientia iocundius de qua eterna ait sapientia. Secura mens quasi iuge cõuiuium. Et apostolus. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Et ita ediuerso in hac lachrymarum valle nihil penalius ⁊ miserabilius mala conscientia de qua ysa. dicit. Vermis eorum nõ morietur et ignis eoꝝ non extinguet. Ideo vt conscĩetia sine errore ad felicitatis eterne cũ bona spe ire queat terminum Juxta tres famosas acceptiones conscientie tractatuꝫ presentem in tres partes diuido. ¶ Prima pars in octo capitula erit de conscientia prout spẽ denotat. ¶ Secunda in decem capitulis erit de conscientia prout habentem rectificat. ¶ Tertia in. xxxi. capitulis erit de conscientia prout in aliquo trepidat.

¶ Prime partis capitula. ¶ Primum q conscientia primo modo capitur p spe. Et ponuntur. vij. fruct⁹ bone cõsciẽtie. ¶ Secundum q mala consciẽtia eam habenti. vij. mala ingerit. ¶ Tertiu est q septẽ reperiuntur differentes conscientie. ¶ Quartum est q cõsciẽtia bona ad similitudinẽ domus materialis est regenda. ¶ Quintum q consciẽtia bona non debet semper sufficere eã habẽti sed multũ est etiã laborandum pro bona fama. ¶ Sextum an quis scire possit se habere bonam cõscientiam ⁊ de septem gradibus conscientie ¶ Septimum per que signa quis cognoscere possit se habere bonã cõsciẽtiã. ¶ Octauum de tribus signis optimis bone conscientie. ¶ Secũde partis capitula. ¶ Primum quid sit conscientia prout dicit credulitatem firmam. ⁊ quomodo originatur per syllogismũ practicũ. Quid sit sinderesis. nõ superior ⁊ inferior ⁊ eorũ differẽtia a cõsciẽtia. ¶ Secũdum quid sit recta consciẽtia ⁊ erronea ⁊ quomodo error conscientie oritur. ¶ Tertium cur consciẽtia ligat sicut lex. ¶ Quartum q cõsciẽtia nõ in omni casu ligat. qñ autẽ liget vel nõ ostenditur diuersis modis ignorãdi. ¶ Quintũ applicat diuersos modos ignorãdi ad propositum seu que est tum. s. qñ consciẽtia liget ⁊ quãdo nõ. ¶ Sextum mouet plura dubia de ligamentis conscientie et soluit. ¶ Septimuz assignat quinq causas erronee cõsciẽtie ¶ Octauum dat remedia ne qs ignorantia dãnetur ⁊ sunt quattuor scilicet per que quis facit quod in se est ¶ Nonum ostendit tres differentias esse hominũ habentium malã consciẽtiã. ⁊ quomodo possunt facere quod in se est. ¶ Decimũ probat pluribus rationibus quomodo facienti quod in se est omnino datur gratia ¶ Tertie partis capitula. ¶ Primum quid sit scrupu

losa consciētia/scrupulus/scientia/fides/dubiū/ambiguitas ⁊ similia diffiniūtur: daturq3 differētia scrupulosarū n consciētiarū. ¶ Secundū q̄ piculosa sit scrupulose ↄscie tēptatio: et quomō differt ab aliis tēptationibus cū differētijs ostēditur. ¶ Tertiū quomodo scrupulosa ↄscientia plura bona pōt cōferre. ¶ Quartum cause quinq3 ponūtur scrupulose ↄscientie ⁊ due declarantur. ¶ Quītum residue tres cause scrupulose cōsciētie declarant. ¶ Sextum docet meditari morbum scrupulose conscientie et causas morbi assignat aliquas: et de hoc prima regula ponitur et doctrina. ¶ Septimum q̄ in exercitijs corporalibus: vt in ieiunio abstinentia et similibus: non semp oportet mortē timere/sed acriter debet corpus castigari. ¶ Octauo declarantur secunda ⁊ tertia doctrine medico morali necessarie: ⁊ multipliciter ostenditur/q̄ in deum sine inordinato amore sperare debemus. ¶ Nono explanatur quarta doctrina: et quantum obsint singularitas ⁊ impsuabilitas/ac inobedientia. ¶ Decimo vltima doctrina exponitur/⁊ annumerātur septē regule quas obseruare debent qui volunt scrupulosas ↄsciētias deponere rationabiliter: quaꝝ tres declarantur ¶ Undecimo deducitur quarta regula: ⁊ probatur auctoritatibus antiquorum/ q̄ doctoribus cōtraria sentientibus licet bona conscientia vnam tenere viam. ¶ Duodecimo probatur idem auctoritatibus magis modernorum doctorum. ¶ Decimotertio ostenditur idem rationibus. ¶ Decimoquarto per. v. conclusiones et per alia manifestatur que certitudo sufficit in morali materia: vt se periculo quis non committat. ¶ Decimoquinto quibusviis ad talem certitudinem veniri possit/ostenditur. ¶ Decimosexto soluit argu-

menta terrentia timidas conscientias ꝛ declarat quo modo spes cuꝫ humilitate haberi debeat tam quo ad conscientiam de preteritis ꝙ de futuris. ¶ xvij. quin tam regulam declarat. s. vt quis credat sapientibus ꝛ expertis / ac obedire debeat superioribus in dubijs. ¶ xviij. deducit sextam regulam et docet animose pugnare contra scrupulos et quid sint liberum arbitriū voluntas / ratio / et similia diffiniuntur. ¶ xix. idem. s. quomodo scrupuli sunt abijciēdi latius docet. ¶ xx. Septima regula declaratur valens ad depositionem scrupulorum per epikeyam cuius proprietates ponūtur et octuplex doctrina secundum eam datur : quarum tres declarantur. ¶ xxi. residue quinqꝫ doctrine deducuntur. ¶ xxij. Ad sciēdum quomodo precepta diuina et humana ligent: diffiniūtur leges diuine per conclusiones: sitqꝫ preceptorum aliquorum interpretatio. ¶ xxiij. declaratur peccatorum mortalium et venialium differentia / diffinitio / et proprietates. ¶ xxiiij. quod per peccatum mortale charitas perdit et quod scire non possumus semper vbi sit peccatum mortale immo ꝙ periculosum sit illud diffinire ostenditur. ¶ xxv. dantur sex regule vniuersales ad cognoscendum vbi sint peccata mortalia vel non. ¶ xxvi. docetur quando aliquod sit peccatum in regulis religiosorum et in alijs statutis humanis et quid sit contemptus. ¶ xxvij. docetur quando preceptum diuinū sit obligans ad peccatum mortale et quando nō et ꝙ latum sit medium virtutis secundum virtutem epikeye. ¶ xxviij. simile docetur de votis iuramentis et preceptis communibus. ¶ xxix. docetur quomodo in opinionibus de fide doctoribus contraria tenentibus scrupulosus tute se habere valeat. ¶ xxx. doce-

tur quomodo tam in fide q̄ in motib⁹ diuersis diuersa sentientibus scrupulosus tute ambulare possit ⁊ in sententia optime explicatur et breuissime quis error excuset ⁊ quis non. ¶ Xxxi. sub diuersis diuisionibus determinatur de qualibꝫ ignorantia quando excuset vel non excuset.

¶ Capitulum primum quod conscientia primomodo capitur pro spe: ⁊ ponuntur vij. eiusdem bone cōscientie fructus laudabilissimi.

PRimo igitur aduertēdum quod conscientia vno modo sumitur pro re conscita. i. pro spe bona de dei amicitia: vt sanctus Thomas refert super. iij. di. xxiij. sic enim accipitur prime ad thi. i. cū dicitur charitas procedit de conscientia bona. Glo. i. ex spe: quia ex meritis que conscientia tenet motus spei insurgit Sic etiam de conscientia loquuntur doctores antiqui vt plurimi quemadmoduꝫ apostolus ad hebreos vltimo dicens. Confidimus quia bonam cōscientiam habemus in omnibus. Huiusmodi autem et cuiuslibet bone conscientie. vij. reperimus fructus et vtilitates in sacre theologie litteris: qui sunt radix charitatis. iter veritatis. ornatus venustatis. retractoriū a peccatis. thesaurus honestatis. testimonium bonitatis/ et conuiuium delectabilitatis. ¶ Primo est radix spei bone et charitatis: propter quod apostolus prime ad thi. primo dicit. Finis precepti est charitas de corde puro et conscientia bona. De quo Bernar. li. iij. de consi. dicit. Fortitudo tua fiducia fidelis cōsciētie. Et beatus Augustinus in quodam sermone. Quid obest homini quod de illa tabula vult eum delere humana ignorantia: si eum de libro viuentium nunq̄ deleat propria conscientia. Nam et si bonum

quod de nobis dicitur in mēte non inuenitur: magnā in nobis tristiciam debet generare. Et econtra si malum quod de nobis dicitur in nobis non inuenitur: in magnam debemus leticiam prosilire. ¶ Secundo est
2 iter veritatis pro quo psal orat dicens. Deduc me domine in semita recta mandatorū tuorum et in iusticia tua ꝓpter inimicos meos dirige in ɔspectu tuo viam meam. Ubi glosa. Dirige in cōspectu tuo id est in conscientia/ vbi homo aliquis non videt. sed tu solus quoniam homini laudanti vel vituperanti non est credendum: quia non videt cōscientiam qua iter ad deum dirigitur. Subditur. Quoniam non est in ore eorum veritas: quasi dicat dirige ꝛ necesse est quoniam non est in ore eorum veritas. E inimicorum meorum quorum iudicio non est credendū. Ideo ad cōscientiam vbi deus
3 videt fugiēdum est. ¶ Tertio est ornatus venustatis rationalis anime que sponsa christi est et dei: de quo in psal. Omis gloria eius abintus super quo glo. Hic est laus sponse a gloria: quasi dicat. Cōcupiscit rex decorem tuum/ qui decor non est nisi intus: quia omnis gloria eius scilicet filie regis est abintus id est in conscientia. Ideo canticorum. iiij. anime sancte sponsus dicit. Quam pulchra es amica mea: ꝙ pulchra est oculi tui columbarum glo i quod ad exteriorem conuersationem: absꝗ eo. glo. i intentione qua sola pulchra es per quem alia sunt commendabilia: quod intrinsecus latet: quia soli deo patet. ¶ Quarto est retra-
4 ctorium a peccatis/ quem enim conscientia mordet et stimulat ꝙ aliquod sit illicitum: iam pro tanto a peccato tali retrahitur in quo labi posset: propter quod veritas Luce. xij. ait. Ille seruus qui cognouit voluntatem domini sui et non preparauit se scilicet ad

aduentum domini sui munde et non fecerit secundum voluntatē eius plagis vapulabit multis. Sequiturqꝫ Qui autem non cognouit nec fecit digna plagis vapulabit paucis Et si quis non fecit secundum intellectum quem habet vel habere debet de aliquo morali agibili. dicetur illi illud Jaco.iiij. Scienti bonum et non faciēti peccatum est illi. et. ij. Pe. ij. Melius erat illi viam veritatis non agnoscere ꝙ post agnitam retroire ab eo quod traditum est illis a sancto mandato Hanc ob causam altior fuit casus luciferi. quia sicut alijs pēminebat scientia ita ceteris peior fuit in ruina. Nec tamen propterea vt dicit glo. beati Augustini super premissa verba euangelica fugiendum est ad latebras ignorantie. quia ignorantia eorum que quis scire debet et potest. neminem excusat/sed accusat potius. et sepe delictum auget secundū illud prima Cor. iij. Ignorās ignorabitur. Ideo Ambrosius super Ro. xij. dicit. Grauissime peccas si ignoras/hoc est periculosissimum: quia non redit ad penitētiam qui ignorauit. Bene ergo dicitur .puer. xij. Est qui promittit et quasi gladio pungitur cōscientie: quia scilicet cōscientia promittit benefaciēti premiū vite eterne/et cōscientia bona negligēti minuatur penam mortis ppetue.

¶ Quinto est thesaurus honestatis. de quo eccle. xij. Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia: quod tam de substantia rerum terrenarum ꝙ spiritualium intelligi potest. Illius enim diuitie sunt bona substantia. quem de male acquisitis ac retentis non mordere debet conscientia: sic etiam homini illius diuitie spirituales. puta scientia et virtutes sunt bona substantia quē de mortali nō mordet cōscientia. nā interiora bona virtutū proprie sunt et vere diuitie

De quibus Criso. super Mattheum. Reddite q̄ sunt Cesaris Cesari ꝛ que sunt dei deo. Nūmisma inquit. Cesaris aurum est nummisma dei homo est ī solidis Cesar videtur. In hominibus autem deus agnoscit. Et ideo diuitias vestras cesari date: deo autē cōscientie vestre solam innocentiam reseruare. Idem astruit Cassiodorus. iiij. lib. epistolarū. Quid acquirit ait putatur vbi bona conscientia perditur aut in qua parte possit hō ꝓficere si innocentiā ꝓbatus fuerit amisisse.

6 ¶ Sexto est testimonium bonitatis: in cuius signum apostolus. ij. Corin. primo. postq̄ ait gloria nostra hec est testimonium cōscientie nostre īmediate subdit qd̄ in simplicitate et sinceritate dei ꝛ non in sapiētia carnali: sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mūdo. Propterea beatus Gre. omel. ix. super Ezechi. dicit in eo quod dicitur semper tacite recurrere debemus ad mentē et interiorē testem et iudicē requirere. quid enī ꝓdest si oēs laudant ꝛ cōscientia accusat: aut quid poterit obesse aut abesse si omnes derogent et sola cōscientia defendat. Bona autē ait Bern. super canti. consolatio cum blasphemamur a malis benefaciētes si recti diligant nos omnino sufficit aduersus nos loquentium iniqua: opinio bonorum cū testimonio conscientie.

7 ¶ Septimo est cōuiuium delectabilitatis eo q̄ secura mens quasi iuge cōuiuium. ꝓuer. xv. Unde cassi. li. ij. epist. Arborē quam florere vides q̄ summa conspicis viriditate letari sub terraneo succo fecunditatis animatur reddēs in supficie qd̄ continetur in radice hoīm quoq̄ vultus magna hylaritate decoratur si visceribus sanis grauamē nullius sentiat lesionis. Ex quibus patet quomodo bone conscientie possessio sit iocundissime rei adeptio. Hanc tamē conscientiam

se habere sperantes memores sint iugiter verbi beati Isidori libro tertio de summo bono dicentis. Semper conscientia serui dei humilis esse debet et tristis: vt per humilitatem non superbiat et per vtilem merorem cor ad lasciuiam non dissoluat.

¶ Capitulum secundum q mala conscientia eam habenti septem mala ingerit.

Contrario vero mala cõscientia fructus septem amarissimos solet gignere. Nam bellum intestinum generat. primũ faciliter enecat. mũda sibi īmũda factitat. viam difficilem predicat. ad errorē mentis adiuuat. ad gehennē edificat: et iugē tristiciā ɔtinuat. ¶ Primo inq̃tum bellũ intestinũ generat. Ita vt cogitatio cogitatiõi recalcitret: qd Apos. ro. ij. innuit. d. Testimoniũ reddente illis. s. philosophis malis conscientia ipsorum et inter se inuicē cogitationũ accusantium/aut etiam defendentiũ in die qua iudicabit de occulta hominum quod videlicet fiet in die iudicij. et fit hodie cum quis aut diuina inspiratione ad ītra cõpungitur : aut quando facinora sua sacramentaliter confiteri tenetur. De talis modis intestino bello vulnerate conscientie Seneca libro. iiij. de virtutibus dicit. Timidum non facit animũ nisi reprehensibilis vite cõscientia. ¶ Secũdo faciliter primum enecat qui malã conscientiam gestat. quia cũ quis ab intra actu tus mala cõsciētia ad extra mala opari incipit. proximo causa ruine existit Iuxta illud. i. Corin. viij. Si quis viderit eum qui habet conscientiam in idolo recũbentem. nonne cõsciētia eius cũ sit infirma edificabitur ad manducandũ idolatica. et peribit infirmus in tua conscientia frater pter quē christus mortuus est sic autē peccãtes in fratres et pcutiētes cõsciētiã ipsorũ 2

3 infirmam in christū peccatis. ¶ Tertio mūda immun
da sibi facitat. Nam Tit. i. Omnia munda mundis.
inquinatis autē et infidelibus nihil mundum est: sed
inquinate sunt eorum mens ꝛ consciencia. confitētur
verbis se nosse deū: factis autem negant. Ubi glosa
nihil eis mundum est. quia non digni donis dei. sed et
mens id est intellectus et consciencia eorū inquinate
sunt/ꝛ non ex cibo inquinatio eorū: sed ex malo intel
lectu ꝛ cōsciencia peccatoꝝ. Et vere mens ꝛ conscien
tia eorum inquinate sunt: quia cōfitentur quidē ver
4 bis se nosse deum/factis autē negant. ¶ Quarto ma
la consciencia viam difficilem practicat cum iniustis
qui dicunt Sapien. vij. Ambulamus vias difficiles:
viam autē domini ignorauimus. Quo contra suadet
suis apostolis. hebre. x. Accedamꝰ ad sacerdotem ma
gnum christum cum vero corde in plenitudine fidei
aspersi contra cōscientiam malam. Nam malam ha
bens consciētiam nunq̄ in via morum securus est: an
sic subitanee corporaliter moriens labatur indubita
te ad infernale baratrum: an sibi melius consulens di
uina misericordia excitatus ad penitentie lamenta re
currat. Idcirco Seneca libro de moribꝰ ait. Mala cō
sciētia sepe tuta est: secura nunq̄. Itaq̄ nihil ei com
miseris nisi quod amico committere possis: pleriq̄ fa
mam/conscientiam autem pauci verētur. ¶ Quinto
5 ad errorem mentis adiuuat: ita vt nonnunq̄ ad here
sim inducat. dicēte apostolo prime ad thimo. iiij. Spi
ritus manifeste dicit q̄ in nouissimis temporibus di
scedent quidam a fide: attendentes spiritibus erroris
et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquētium men
datium/ꝛ cauteriatam habētes suam cōscientiā. Glo.
id est corruptam praua cogitatione / et adustam igne

male concupiscentie. ¶ Sexto ad gehennam edificat 6
tunc videlicet quando quis sententiat/et quando pro certitudine iudicat aliquod esse peccatũ. quia Ro.xiiij dicitur. Qui discreuit si manducauerit dãnatus est: quia non ex fide. Glo. Si manducauerit cum illa conscientia damnatus est: quia qui iudicat non edendum et edit damnatus est. Unde sequitur. Ipse enim reus se facit quando illud qđ inutile sibi asserit/facit. Ideo damnatus est. quia non manducat ex fide/ id est secũdum conscientiam contra fidem vtiq3 edit/ qui edendum non credit. Unde sequitur. Omne autẽ quod nõ est ex fide/peccatũ est. ¶ Septimo tristiciam cõtinuat 7
in magnum grauamẽ anime ꝛ spiritus. Unde sapieñ. xvij. Semper presumit seua perturbata conscientia. Glo. que non habet tranquillitatis securitatẽ. Cuius rationem assignat Seneca de moribus. Nullũ inquit consciũ peccatorũ tuorũ magis timueris q̃ teipsum. Alienũ enim potes effugere. te autẽ nunq̃. Nequitia enim ipsa est pena sua. Similem tradit sententiã beatus Augustinus lib. de cõfessi. vbi dicit. Jussisti domine ꝛ ita factum est/vt pena sit sibi omnis animus inordinatus. Et Isidorus lib. ij. soli loquiorum. Nulla pena grauior q̃ mala conscientia. Mens enim male conscia proprijs stimulis agitatur.

¶ Capitulum tertium q̃ septem reperiuntur differẽtes conscientie.

Est autẽ cõscientia bona similiter/ꝛ mala multiplex q2 quedam est. ꝛ dicit cauteriata. alia nimis lata. alia nimis arta ꝛ pusillanimis. alia tranq̃lla sed nõ bona. alia perturbata nõ bona. alia perturbata sed bona. ꝛ alia tranquilla ꝛ bona. ¶ Prima q̃ dr cauteriata. i. corrupta ꝑprie est perfidorum hereticorũ p̃cipue

de quibus prophetat ap̄ls prime ad thimo.iiij.dicēs. In nouissimis tp̄ibus discedēt quidē a fide attendentes spiritibus erroris ₇ doctrinis demoniorum in hypocrisi loquentium mendacium ₇ cauteriatam habētes cōscientiam. Et quia articuli fidei sunt velut principia in religione christiana. Idcirco tales conscientie cauteriate sunt periculosissime. Si enim paruus error in principio magnus est in fine. certum est q̄ magnus error in principio maximus est in fine. Tales sunt etiam pharisei ₇ hypocrite decimantes mentem et rutam/et omne olus. grauiora legis pretermittentes quibus veritas cōminata est Mat.xiij. Talem huiusmodi conscientiam habēt qui de magnis peccatis potētibus ₇ diuitibus modicā cōscientiam in predicatione confessione vel in priuato sermone faciunt. sed pauperibus ₇ despectis hoībus in paruo excessu graues cōsciētie scrupulos formant. Similes sunt hi vulpine astutie de qua fabulose fertur q̄ cum vulpes leonis cuiusdam culpas in eius presentia audisset. peccata grauia excusauit et alleuiauit per singula. puta rapinam per defectū propriarū carnium. gulam per robur leonini corporis furorem per dominū potentie super cuncta animātia et ita de aliis. Cū autē accessisset simplex asinus confitēs vulpi q̄ post grauē abstinētiā a cibis ₇ delectabilibus et post labores grandes q̄bus sub frumentorū saccis portādis laborauerat de calcio sui pastoris ₇ exactoris stramen prominens fame motus comedisset cepit vulpes hoc factū ducere ad pericula maxima. s. q̄ exactor cui tale damnum intulerat pauper fuit et nudus. et q̄ pedibus frigefactis caput ₇ totū corpus ledi poterat ₇ tandem sequi interitus et homicidium ₇ sic male tractatus fuit asinus. Hac de

causa taliū conscientiā vulpinā denominat Bern.lib. de cōsideratione. vbi dicit vulpina consciētia est tepida cōuersatio/ficta cōfessio obediētia sine deuotione. oratio sine intentione. lectio sine edificatiōe. sermo sine circunspectione. porto coronam et vestē rotundā. regulam ieiuniorū seruo et statutis horis psallo. sed cor meum lōge est a deo. exteriorem superficiem intuens salua mihi oīa arbitror. totus pergens in ea que foris sunt oblitus interiorum meorum sicut aqua effusus sum

¶ Secunda consciētia est lata nimis eorū qui nō ponderant peccata nisi magna nō curātes de venialibus aut paruis. contra quos dicitur ecclesiastici.xix. Qui spernit modica paulatim decidet etc. Nulla enim domus repētine ruit sed stillicidiis neglectis successiue putrescunt domus sustētacula et sic tandē eius sequitur ruina. Tales assimilantur piscatoribus qui semper lata cupiūt habere retia nunquam stricta. et ideo nunquam minores valent capere pisciculos qui sepe delectabiliores sunt magnis piscibus. nunquam tales ad perfectionis apicem vite possunt peruenire contēplatiue que est delectabilissima. Unde delectationes venialium peccatorum psalmi rennuens ait. Rennuit consolari anima mea. memor fui dei mei et delectatus sum et exercitatus sum et defecit spiritus meus. Et alibi. Silui a bonis et dolor meus renouatus est. sed sequitur. Cōcaluit cor meum in ira mea. et in meditatione mea exardescet ignis. Talium etiā late conscientie hominū cōsciētia vulgo lupina dicitur. Nam fertur parabolice lupū post multas rapinas per rusticū captū qui cū libertati dari deberet et allegaret quod nec feno nec frumento aut fructibus vesci posset / velut alie bestie restitutus est pristine libertati. Pacto tamen tali per iuramentum

firmato quod vltra valorem sex nūmorum carnibus
deinceps nunq̄ raperet. Igitur emissus est liber. In
eadē autē die vaccam et vitulū eius esuriens reperit.
Cūq3 fames ad vtrūq3 accipiendum temptaret eum ꝛ
ediuerso conscientia periurij morderet conscientiā di
lata recepit dicens. Nimis artā cōscientiā habere pos
ses que vituperari solet a prudētibus. Nam vacca va
let nummos quattuor ꝛ vitulus duos. ergo cum bona
cōscientia conclusit occide vtrumq3 et manduca. Sic
sunt pleriq3 qui semp per latam consciētiam querunt
excusationem in peccatis de magnis parua iudican-
tes aut nulla. A quo vicio orat propheta erui cum di-
cit. Non declines cor meum in verba malicie ad excu
sandas excusationes in peccatis. Cum hominibus
operantibus iniquitatem. et non communicabo cum
electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia/et
increpabit me: oleum autē peccatoris/id est hominis
late conscientie non impinguet caput meū. ¶ Tercia
conscientia est pusillanimis et arta nimis/eorum qui
pene de singulis sibi dubijs formāt scrupulos. etiam
in his que de se sunt licita. Pro quorum cōsolatione
in tertia parte infra lati⁹ tractabit̄. De taliū cetu fue
rūt israhelite plurimi persecutionis tēpore / fugiētes
ad antra deserti/quos cum gētiles die sabbati prouo-
carent ad bella bellare nolebant conscientiam nimis
artam habentes ne frangerent preceptum de sancti-
ficatione sabbati. Dixeruntq3 moriamur in simplici-
tate nostra quod ꝛ fecerunt/vt habetur. i. macha. secū
do. ¶ Quarta conscientia est tranquilla sed non bona
eorum qui peccant sub spe venie tandem consequen-
de vel dicunt in corpore suo quia deus non requiret
ista. qualem conscientiam nonnunq̄ habent iuuenes

etate vel moribus/quos Salomō ꝓmonet dicēs. Fili
mi si te lactauerunt pctōres ne acqescas eis prouer.i.
Assimilant tales tranquillā ↄsciētiā sibi formantes
maniacis ⁊ freneticis. quorum infirmitas est ideo ma
xima seu periculosissima. quia medicine remedia nec
admittunt nec agnoscūt. q̄obrem beatus Ambrosi⁹
ait. Grauissime peccas si ignoras grauissime id est pe=
riculosissime. quia remedium nō admittunt qui igno=
rant. Talē etiam cōsciētiam habēt hi qui vel ex crassa
ignorantia/vel ex affectata nolūt scire vt bene agant.
⁊ ideo iniquitatem sepe meditantur in cubili sue con=
sciētie/quā tñ iniquitatē ꝓpter ignorantiā nequeunt
agnoscere. ¶ Quinta cōsciētia est perturbata et non
bona/nōnunq̄ desperationi proxima aut vicina. qua=
lem habent hi qui crebro in eadem peccata labūtur. ⁊
q̄uis q̄ peniteāt: tamen ꝓpter relapsus frequētiā prope
quēdam desperationis impulsum gemunt/⁊ turbant
quales vocat philosophus. vij. ethico. incōtinentes si
miles infirmis/qui in eisdē febribus recidiuant. quos
christus aīe medicus cōsolatur cū petro querēti quo=
tiēs in me peccabit supple de die frater meus ⁊ dimit=
tam ei vsq̄ septies? Respōdit nō dico tibi vsq̄ septies:
sed vsq̄ septuagies septies/id est scdm omnes catho=
licos doctores totiens quotiens penitebit Matthei
xviij. ¶ Sexta ↄsciētia est bona. sȝ nō tranq̄lla imo īfir
ma/eorū qui cōuersi ad dn̄m recogitant in amaritudi
ne aīe sue annos suos. q̄ grauiter adhuc sentiunt aliā
legē in mēbris suis repugnantē legi mētis a deo infla
te. tales sepe ob sincerā diligentiam ne deū offendant
in paruis vbi nullū extat peccatum. sibi turbatam fa
ciūt ↄsciētiam/moti nōnunq̄ ad hoc tēptatiōe demo=
nis. vt in perplexitatis ruant vitiū. Aliquādo etiam

ad hoc mouentur doctrinis insipiẽtium hominũ. De quibus apl's. i. Cor. viij. di. percutientes eorum infirmã cõscientiam in xp̃m peccatis/quos tamen idem apl's specificat dicẽs ibidẽ Jo. Omne qd in macelluʒ venit manducate nihil interrogantes pp̄ter cõsciẽtiam. p quorum cura beat' Bern̄. sup can. inqt. Quid efficatius ad curandũ cõscientie vulnera necnon ad purgandum aciem mentis q̃ christi vulnerũ sedula meditatio. Et iterũ. Turbabor sed non cõturbabor. qr vulnerum dñi recordabor. ¶ Septima cõscia tranquilla & bona est taliũ de quibus dicit apl's. Qui xp̃i sunt carnẽ suam crucifixerũt cũ vicijs & cõcupiscẽtijs quam hugo libro primo suo de aĩa sic describit. Trãquilla cõscia est q̃ oib' est dulcis/nulli grauis/vtẽs amico ad gratiam/& inimico ad patiẽtiam/cũctis ad beniuolẽtiam/ q̃bus potest ad beneficentiam. cui dñs nec sua pctã imputat qr nõ fecit nec aliena qr nõ approbauit/nec negligẽtiam. qr nõ tacuit/nec supbiam/qr in vanitate nõ pmansit. Et iterum sm̃ Bern̄. Consciẽtia bona titulus est religionis. tẽplum salomonis. ager benedictionis. ortus deliciarum. aureum reclinatoriũ. gaudium angelorum. archa federis. thesaurus regis. Aula dei. habitaculum spiritus sancti. liber signatus et clausus. & in die iudicij aperiendus. De domo talis conscientie scribitur Sapien̄. viij. Intrans in domũ meam cõquiescam cum illa enim non habet amaritudinem conuersatio illius: nec tedium cõuictus illius/sed leticiam & gaudium scilicet propter fructus eius.

¶ Capitulum quartum/ q̃ conscientia bona ad similitudinem domus materialis est regenda.

Quia vero eterna sapientia bonam tranquillam cõsciẽtiam domui assimilare dignata est. in qua

cantus leticie et fructuum habetur copia. Idcirco cum omni qua possumus diligentia aduertenda sunt quatuor que exiguntur ad domum conscientie/scilicet vt bene fundetur. debite ornetur/fortiter tueatur/ prudenter negatur/et sepe tergatur. ¶ Primo bene fundetur videlicet super solidum fundamentum christi / et sacre scripture sicut saluator dicit Matth. vij. Omnis qui audit verba hec/et facit ea assimilabitur viro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. Summe autem caue ridebet ne domus conscientie sit lata nimis/aut stricte edificata. quia qui facit contra conscientiam edificat ad gehennam. vt dicit glo. Ro. xiv. Sed heu istam domum edificant quidam super aquas voluptatis. Alij quidem super arenam cupiditatis. alij super ventum superbie. Ideo veritas Matth. vij. subiungit. Omnis qui audit verba hec/et non facit ea. similis erit viro stulto qui edificauit domum suam sup arenam/et descendit pluuia: et venerunt flumina et flauerunt venti et irruerunt in domum illam: et cecidit et fuit ruina eius magna. vbi August. Considerandum est. quia cum dixit/qui audit verba. in hoc satis significat istum sermonem domini in monte omnibus preceptis quibus christiana vita formatur esse perfectum. vt merito qui secundum eam viuere voluerit/comparetur edificanti supra petram. et Glo. ibidem. Cecidit inquit. quia omnis conscientia que spe fixa in deum non permanebit in temptationibus/non valet subsistere. et tanto amplius agitatur/quanto plus in his que mundi sunt a superioribus disiungitur. Et vere omnes mali vel fictione boni/ingruente qualibet temptatione peiores fiunt. Est igitur primum fundamentum fides firma super christum fundata. De qua Matthei. xvi. Super hanc petram

scʒ christum filium dei viui edificabo ecclesiam meam ait christus. Et apl's. i. Cor. iij. Fundamentum aliud nemo potest ponere pter illud quod positū est qd est xps iesus. pfectio vero hui⁹ fundamēti est charitas/ sine qua fides vitā nō habet. Ideo ad ephe. iiij. vtrūq fundamentū cōplectēs sic orat. Flecto genua mea ad patrē dñi nostri iesu xpi. ex quo oīs paternitas in celo ꝛ in terra nominatur vt det vobis scdm diuitias glīe sue corroborari per spm eius in interiori hoīe habitare christū per fidē in cordib⁹ vestris in charitate radicati et fundati vt possitis cōprehendere cū oībus sanctis que sit latitudo longitudo/sublimitas/ ꝛ profundum

¶ Secundo oportet vt domus debite ornetur imaginibus virtutū ꝛ exemplorum bonorum. qꝛ nō sufficit adulto habere fidē ꝛ charitatē nisi exeat in opus. Fides enim sine operibus mortua est Jaco. i. Et fm beati Grego. sententiā. Charitas si operari rēnuit / charitas nō est Et apl's gal. v. dicit. In christo iesu nec circūcisio nec preputiuꝫ aliquid valet. sed fides q̄ per dilectionē operatur. vbi glo. fides nō vtiq ociosa. qꝛ fides sine operibus nō saluat/sed que operat per dilectionē dei ꝛ proximi. In cuius rei typū domin⁹ Exo. xxvj. iussit vt cortina interior nobilissima q̄ tabernaculū tegebat ex decē particularibus cortinis ꝯnexa poliretur varie. Nam ibi sic deus ait moysi. Inspice ꝛ fac scdm exemplar qd tibi in monte mōstratū est. Tabernaculū ita fiat decē cortinas de bisso retorta ꝛ iacincto. ꝛ purpura. coccoq bis tincto varietates opere plumario facies. Ubi glo. In his quattuor cortinaꝝ colorib⁹ quattuor iustificationes experimuntur. In bisso retorta caro castigata renitēs. In iacincto mens supna cupiēs. In purpura caro passionibus subiacens. In cocco bis tincto mēs

inter passiones dei et proximi dilectione pfulgēs. Verū vt ad taliū virtutū exercitia pueniamus facili⁹ expedit vt crebro sctōꝝ patrū vitā velut imagines impinguamus intrinsecus. Si enī vt refert beat⁹ Augusti. libro contra iulianū quidam rex turpis specie cubiculum suū fecit depingi pulchris imaginibus: vt earuꝫ aspectu vxor sua pulchrū pareret filiū. Cur christian⁹ domū sue ꝯscie quā deus inhabitat memoria bonorū exēplorum nō depingeret: vt vxor sensualitas proles virtutū gigneret. ¶ Tertio oportet vt domus conscientie tueatur fortiter qd̄ fieri debꝫ cōuersatiōe honesta ⁊ angelica custodia. Nam sicut tectū domus est custodia: ita exterior bona conuersatio tutamentū est bone conscientie. quatenus bona fama proximo/⁊ bona conscietia sibi prosit. Iuxta illō Matth.v. Sic luceat lux vestra coram hoībus: vt videant opera vestra bona/et glorificent patrem vestrū qui in celis est. Idcirco christus Matth.x.di.q͂ in aure auditꝭ p̄dicate sup tecta.i. per bonā conuersationē. Ad tutelam ⁊ ampliorē custodiam etiam misericordissima bonitas dei angelicam adhibuit custodiā. Iuxta illud Lu.v. Cū fortis armatus custodit atrium suū: in pace sunt oīa que possidet et vt angelus bon⁹ fortior dyabolo vincat supueniēs et auferat vniuersa arma in q̄bus cōfidit dyabolus: et ei⁹ spolia distribuet. Ideo glo. ibidē. Distribuit inquit spolia exhibens fideles custodias angelorūꝫ ad hoīm salutē. ¶ Quarto oportꝫ vt domus conscientie prudēter: id est discrete regatur. q͂uis enī deus homini āmiculetur: vt tactum est angelica custodia. Tamē de⁹ facit hoīem rectū/⁊ reliquit eū in manu ꝯsilij id est in suo libero arbitrio: quo mediante bonum vult gratia assistente ⁊ malū gratia dei dimissa. Vult igitur deus

qui nos ratione capaces fecit: vt discretiõe regamur que eadē est prudentie. In hac enī virtute iuxta philosophū. vi. ethi. Omnes morales cōnectunt virtutes. Hanc christus suos dilectos docuit discipulos. Quibus dixit. Ecce ego mit. 7c. Estote ergo prudētes sicut serpētes caput videlicet bone ꝯscientie discrete regēdo. Hec est virtus 7 verus auriga ꝟtutū: quā beatus Anthonius pretulit solitudini operibus misericordie / vite monastice / rigori abstinentie / 7 priuationi facultatū oīm vt tradit Cassianus collatione. ij. abbatis moysi. Que virtus vt idē deducit breuiori via monachum sine deceptionis dyabolice fallacia vehit ad pfectiōis apicē: sȝ vt ibidē dicit / nō nisi humilitate tali cōquirit qua ꝗs seniorum vel prelatoꝝ scita custodire nitit. ¶ Quinto oportet vt sepe tergatur domus cōsciētie per scobam contritionis 7 cōfessionis: quādo in eam cadūt pulueres venialiū / aut venena peccatorum mortalium / nec aliud remediuȝ querere oportet ꝙ illud. Vñ August. sup Joh. Seruus peccati quo fugit: secum si trahit quocūqꝫ fugerit: non fugit seipsam mala conscientia: non est quo eat. sequitur se immo non recedit a se. peccatū enī qđ facit intus est. Vis audire cōsiliū si vis ad deum fugere ad ipm fuge confitendo non latendo.

¶ Capitulum quintum ꝙ conscientia bona non semper sufficere debȝ eā habenti sed laborare debet quis vt etiam bonam famam habeat.

Oriuntur hic questiones quedam. ¶ Prima: an talis bona ꝯsciētia sufficere pōt eam habēti si ꝙ non curare debeat de repellenda ꝓpria infamia. Causa dubij est diuersitas: vt videt sctōꝝ doctorum qui in multis auctoritatibus dicere vidētur ꝙ nō sit curandum de fama: dūmodo pctm̄ nō sit in ꝯsciētia. Nam

dicit beatus Augu. ad clerum yponeum. Quid obest hoi q̄ ex illa tabula vult eū delere humana ignorantia/si de libro viuentiū nō deleat eū iniqua cōscientia vt etiam allegatū est supra primo capitulo. Idem ad Secundinū manicheū. Quicqd libet sola me in oculis dei ɔsciētia non accusat. Et Grego. cōstantino epi scopo mediolanēsi. In cūctis que in hac vita aduersa proueniūt: sola est sicut nostis oīpotētis dei districtio pensanda atq̄ ad cor ꝓprium semper concurrendū vt nullius tibi lingua replicet vbi conscientia non accusat. quem enī conscientia defendit. liber est inter accusationes/et liber sine accusatione esse non potest si sola que interius adijcit cōscientia accuset. Et iterum Grego. inter verba laudantium siue vituperantium ad mentē semper recurrendū est. et si in ea non inueni tur bonum quod de nobis dicitur magnam tristiciam generare debet. Rursus si in ea nō inuenitur malum quod de nobis homines loquuntur in magnam debe mus leticiam prosilire. Quid enim si nos homines non laudant / et conscientia nos liberos demonstrat. habeamus Paulum dicentem. Gloria nostra hec est testimonium cōscientie nostre. Job quoq̄ dicit. Ecce in celo testis meus. Si ergo est nobis testis in celo testis in corde dimittamus stultos foris loqui quicquid voluerint. Ex his videtur non esse curandum de infamia vbi alicui constat de conscientia bona. Ex aduerso est beatus Augustinus in sermone de communi vita clericorum. d. Nolo vt aliquis de nobis inueniat male viuendi occasionem. Prouideamus enī bona vt ait apl's non solum coram deo sed etiam coram hominibus. propter nos conscientia nostra nobis necessaria est. propter vos fama nostra non pollui: sed

pollere debet in nobis. Due res sunt ꝯscia ⁊ fama. Cō
sciētia necessaria est tibi fama ꝓximo tuo: q̄ fidēs con
sciētie sue negligit famam suaꝫ crudelis est. Et iterū
alibi August. Non sunt audiēdi viri siue femine que
quando reprehēdunt in aliqua negligētia/per quam
fit vt in malā veniant suspitionē vnde suā vitā longe
abesse sciunt dicūt corā deo sufficere sibi consciētiam
estimationē hominū nō solum impudenter. verūetiā
crudeliter contēnentes cū occidant animas aliorū si-
ne blasphemantiū viā dei: q̄bus scđm suaꝫ suspitionē
quasi turpis q̄ casta est despicit vita sanctoꝝ. Uel etiā
cū excusatione imitantiū non quod vident/ sed qđ pu
tant. Roborat dicta prefata textus sacre pagine q̄ di-
cit. Unicuiq; mandauit deus de ꝓximo suo vt scilicet
ei prosit verbo et exēplo. Auctoritatū taliū varietatē
⁊ questionis nodū soluit sanctus thomas ꝑ distinctio
nes quolibeto. ix. q. xiiij. Utrūq; inquit scꝫ contēptus
fame ⁊ appetitus potest esse laudabile ⁊ viciosum. Fa
ma enī nō necessaria est homini ꝓpter seipm̄: sed pro-
pter ꝓximū edificandū. Appetere igit famam ꝓpter
proximū charitatis est. Appetere vero ꝓpter seipm̄
ad inanem gloriam ꝑtinet. Et econtrario contēptus
fame ratione suiipsius: humilitatis est. ratione vero
ꝓximi: ignauie est ⁊ crudelitatis. Illi ergo q̄bus incū
bit ex officio/ vel ex statu ꝑfectionis alioꝝ saluti ꝓui-
dere peccant: nisi infamiā ꝓpriaꝫ iuxta posse repellāt.
Alij vero quibus magis custodia sue salutis iminet
possunt sue humilitati ꝓuidētes famam vel infamiā
contēnere. Sed cū infamia dupliciter repellat. s. occa
sionē subtrahēdo/ ⁊ linguas detrahentiū cōpescendo.
primo modo tenentur oēs infamiā vitare: alias sine
scandalo actiuo transire nō possent/ qđ semꝑ est pecca

tum. Sed secūdo modo nō tenētur nisi quantū debet aliquis saluti ꝓximi prouidere. Et hoc est qđ Grego. omel. sup Ezechi. dicit linguas detrahentiū sicut nō debem⁹ nostro studio excitare ne ipsi peccent: ita per suaȝ maliciā excitatas debem⁹ equanimiter tolerare vt nobis ī meritū crescat. Aliqñ etiā cōpescere/nedū de nobis mala disseminant eoꝝ q̄ nos ad bona audire poterant/corda innocentium corrūpant. Et infra. Hi eteni quoꝝ vita in exēplū imitationis est posita debēt si possunt detrahentiū ꝟba cōpescere/ne eoꝝ predicationē nō audiant/q̄ audire poterant/sibi in ꝑuis moribus q̄ remanētes bene viuere contēnant. Ex his pȝ solutio ad obiecta. Et patet ꝙ contēnere infamiā aliquando est hūilitatis actus. Unde in vitaspatrū legit̄ de multis sanctis patrib⁹ qui ꝓpriam infamiā sustinebant non repellentes eā. Sic sancta Marina virgo sub virili habitu monachi deo seruiēs false accusat̄ a Pandocii filia per militē impregnata quā infamiam sustinuit Marina quinquēnio penitentiā agens ante fores monasterij sui: post quod tēpus vilissimis in monasterio mancipata seruitiis statim spiritū deo reddit. lotioneqȝ sui corporis ⁊ obsessione demonis rea ꝓdente facinus ꝓpriū virginis innocentia purgata est vt in vitaspatrū legit̄. Sic etiā ad tēpus beata virgo Eugenia Philippi rectoris alexādrie nobilissimi romani filia fecitq̄ cū ꝓtho ⁊ iacinto degens se Eugenium vocans in monachali habitu monasterio latitans tandē in abbatē electa a Melantina femina in alexandria ditissima accusata est ꝙ cū ea stuprum voluisset cōmittere. sed cū res publico iudicio ignis purgari deberet ⁊ incendio. beata virgo ne religionis status ei⁹ infamia decresceret. tādē patri iudici fratrib⁹

et cognatis presentibus se prodidit q esset innocens pariter et femina. sicqz patrem consanguineos: ac pene totam alexandriam fidei christiane cõiunxit vt docent eiusdem virginis gesta.

¶ Capitulum sextũ an scire quis possit se habere bonam conscientiam & septem gradus eius.

Altera .pinde ex supradictis nascit questio vtrũ quis scire possit an bonam habeat consciẽtiam? Respondet q hec eadẽ questio cũ alia qua queritur. vtrũ quis scire possit se habere charitatẽ. Igitur vtẽdo Alexandri de hallis in summa sua distinctionibus Notandũ q septem sunt differentie hoĩm. Quidam se putant habere charitatẽ et conscientiã bonam: sed neutrũ habent. Alij sciunt q nõ habent talia. Alij dubitant. Alij opinant q charitatẽ habeant & bonã conscientiã. Alij experiuntur: sed nõ habent de hoc scientiam. Alij hoc sciunt p reuelationẽ tantũ. Alij vero p casum. ¶ Primi sunt ĩfideles plurimi et heretici imo etiam quidam christiani tepidi q nõ lustrantes suam cõscientiã ex crassa ignorantia pctã q̃dã mortalia cõia nõ habẽtes, p mortalib9 in pctis grauibus pseuerant & eukaristie sacramento indigne pticipant: qđ ne fiat dicit apostolus pme ad Corin. xi. Probet autẽ seipsũ homo. et sic de. &c. In eadem cecitate ifidelitatis fuit aliqñ idẽ apl's. q iam captus a romana militia Hierosolimis iudeos quor petitiõe captus est. sic alloqtur. Ego enĩ cõsciẽtia bona cõuersatus sum ante deũ vsqz in hodiernũ diem qui tamen persequebar prius ecclesiam dei. ¶ Secundi sunt qui sciunt se habere non bonam cõscientiã vt hi qui sciunt se esse in proposito peccandi mortaliter aut in peccatis tales manẽt in impenitentia. Ad tales etiam loquitur eccl'. vij. Scit con-

scientia tua quia tu crebro maledixisti aliis. ¶ Tertii sunt qui dubitant se habere conscientiam bonam: videlicet hi qui habent rationes eque fortes ad hoc q sint in gratia sicut ad oppositum sicuti quando videt se esse tepidos in amando deum et non habent affectu orandi: videntque ex opposito q nullam habent voluntatem peccandi mortaliter. est enim dubitatio intellectus et inter vtraque partem contradictionis quedam vacillatio: tales dicere possunt cu apostolo. Nihil mihi cosciius sum: sed in hoc no iustificatus sum. qui aute me iudicat dns est. pme Corin. iiii. ¶ Quarti opinantur bona osciam se habere et se esse in gratia in qua etia probabiliter sunt sicut illi qui habet rationes ad hoc et ad suu oppositu. fortiores tamen habent ad hoc q ad suu oppositu: sicut quado in vna pte videt se feruetes in amore dei et lugetes pro pctis: et ex opposito sentiunt rebellione carnis ad spiritu et fragilitate. Est eni opinio acceptio vnius partis cotradictionis cu formidine alterius partis. Talis beatus Job fuisse videt qui ait Job. ix. Verebar oia opera mea sciens q no parceres delinqueti. vbi glo. bona qdem erat opera sed adhuc timeda his q volut vere deo placere: q duo in bonis caueda sut desidia et fraus. Desidia facit minor amor dei fraude ppria amor sui du pro bene actis tacita vel aliqua humani cordis gratia vel fauoris auara vel cu qlibet res alia exterior desideraf. Sed beatus q excutit manus suas ab omi munere cordis manus et oris Circa hoc timor habendus est: q innuit q non parceret. Unde seqtur. Sciens q no parceres delinqueti. ¶ Quinti experiunt se habere gratia et bona osciam sicut illi q sentiunt dulcedine diuine bonitatis in oratione et gustant q suauis est dns. Propter qd ppheta

notãter ait. Guſtate ⁊ videte quoniam ſuauis eſt dñs beatus vir q̇ ſperat in eo ſpe videlicet tali q̄ eſt bona cõſcientia. Guſtate inquit ⁊ videte: quia duplex eſt in aĩa ſciẽtia ſcʒ cognitiua ſeu ſpeculatiua ⁊ experimentalis. De ſpeculatiua ſtatim infra dicet. Experimẽtalis ſiue affectiua ſciẽtia cauſatur ex re q̄ eſt/ ⁊ ſentitur in affectu. Res enĩ gratie põt ſentiri ſeu expiri. Nam res gratie facit ſe notã in affectu/ ſicut dulcedo in guſtu: ſed hec cognitio per experientiam non eſt per mediũ infallibile ſicut ſciẽtia ſpeculatiua ſed p medium fallibile. Unde hec cognitio eſt p ſigna. Propter qđ etiaʒ recte ait ypocras in p̃mo amphoꝛ. Ars longa vita breuis: iudiciũ difficile tẽpus acutũ experimẽtum fallax. Quod autẽ de bona conſcientia ſeu gratia vel charitate queat haberi experimẽtalis ſciẽtia: probat auctoritate chriſti apoſtolica ⁊ ratione. Nã apo. ij. di. Qui habet aurẽ audiendi audiat. quid ſpiritus dicat eccleſijs / vincenti dabo mãna abſconditũ et dabo illi calculum candidũ. et in calculo id eſt in carbũculo nomen nouum ſcriptũ qđ nemo ſcit niſi q̇ accipit. Manna abſconditũ eſt chriſtus in domo habitans cõſciẽtie Calculꝰ candidꝰ eſt charitatis habitus q̄ charitas ardet lucet ⁊ inundat ſibi et ꝓximo. Nomen autẽ nouũ huic charitati inſitũ eſt quo filij dei p adoptionẽ efficimur. Annuit idẽ expreſſius apoſtolus. ij. Corinthi. vltimo. Si eſtis in fide xp̃i ipſi vos ꝓbate/ an non cognoſcitis voſmetip̃os quia chriſtus ieſus eſt in vobis niſi forte reprobi eſtis. ſpero autẽ ꝙ cognoſcitis quia nos non ſumus reprobi. Accedit ad idẽ ratio. Guſtus enim bene diſpoſitus nõ poteſt ſentire dulcedinẽ ſibi ꝯiunctã in corporalibꝰ: ergo pariformiter in ſpiritualibus aĩa bene diſpoſita nõ poteſt non ſentire diuinã

dulcedinem sibi cõiunctam. Sensus enĩ diuine dulcedinis est p gratiã: de qua pphera miraṫ dicẽs. q̃ magna multitudo dulcedinis tue dñe: q̃ abscon. ti. te pfecisti eis qui spe. in te. ¶ Sexti sunt q̃ sciũt/sed solũ per reuelationẽ/nõ per speculatiuã scientiã se habere bonam consciẽtiam. De q̃bus. i. Joh. iiij. In hoc scimus q: in deo manemus/ ⁊ ipse in nobis. quia de spiritu sancto suo dedit nobis. Et apl's ad Ro. viij. Certus sum neq; mors/ neq; vita / neq; angeli / neq; principatus/ neq; virtutes/neq; instãtia/neq; futura/neq; fortitudo/neq; altitudo/neq; profundum/neq; creatura alia poterit nos separe a charitate dei q̃ est in xp̄o iesu ⁊c̃. Scire tamen nõ possumus scd̃m cõmunem legẽ an in dei charitate sumus sciẽtia speculatiua. q: hec sciẽtia est p causam rei/vel p rationẽ/vel etiã p effectuȝ. Sed causa gratie non cadit sub cognitione nostra simpliciter/nec eius effect⁹/vt videbitur et partim visum est. Similiter gratia scd̃m rationẽ gratie dicit cõparationem ad acceptationem dei. Unde ponit ip̃am acceptationẽ in deo. Hoc autẽ modo non potest cognosci a nobis ⁊ ideo nõ cognosciṫ scientia speculatiua certitudinaliter. põt tñ sciri ab aliquo scientia affectiua. q: hec est p experientiã rei in effectu. Unde hec scientia de re est per rem/ ⁊ non scd̃m rationẽ vel cõparationẽ quam habet ad aliud vt ostensum est. ¶ Septimi igitur sunt qui sciunt per causam rei vel rationem rei / vt hi qui essentiam dei clare in hac vita viderunt. vt in veteri testamento Moyses/In nouo apostolus. Quid inq̃t Grego. ij. dyalogorum est q̃ non videant qui videntẽ omnia vident.

¶ Capitulum septimũ per que signa quis cognoscere possit se habere bonam conscientiam.

DIctuz est q̄ quis experiri pōt p signa an habeat gratiam vel bonā cōscientiā. Modo videndū est que sunt ista signa. Ubi sciendum q̄ doctores sancti alia ꝛ alia ponūt signa. Nam Criso. ponit q̄nq̄. Sanctus tho. iiij. Et alex. ꝛ criso. sup Matth. omel. iij. ponit. v. vel. iiij. que habes parte. ij. ca. viij. Sāctus tho. in. iiij. dis. xix. ponit. iiij. sub his verbis. Quod inquit aliq̄s omnino a peccatis sit imunis p certitudinē sciri non potest. i. Cor. iiij. Nihil mihi conscius sum sed in hoc non iustificatus sum. potest tamen de hoc haberi aliqua coniectura p̄cipue per. iiij. signa: sicut Ber. di. ¶ Primo quando quis deuote verba dei audit. qꝛ qui ex deo est/verba dei audit Joh. viij. ¶ Secundo qn̄ q̄s se promptū ad bene operandū inuenit. qꝛ probatio dilectiōis exhibitio est operis: vt dicit beat᷒ gre. ¶ Tertio cū q̄s a pctīs abstinēdi in futuro ꝓpositū assūpsit. ¶ Quarto cū de p̄teritis dolet qꝛ in his vera penitentia s̄m Greg. ꝯsistit. Unde si aliq̄s p huiusmodi signa facta diligēti discussione sue conscientie q̄uis forte nō sufficiēti etiam ad sanctissimū corpus xp̄i sumendum accedat deuote aliquo pctō mortali in ip̄o manente. q̄d eius cognitionē p̄terfugiat nō peccat imo magis ex vi sacramēti peccati remissionē consequitur. Unde Augusti. di. in quodā s̄mone q̄ quando corpus christi manducatur viuificat mortuos. Alexāder de hal. in summa ponit tria experimēta gratie q̄bus vt dici pōt q̄s experiri se habere gratiā que habemus in psalmo Cum inuocarē. vbi fit questio. multi dicunt q̄s ostēdit nobis bona ꝛc. id est hoīes querunt a fidelibus. Unde certi sint q̄ sint accepti deo. Et ꝓpheta respondendo colligit tria ex q̄bus colligitur experimentum per q̄d sciūt q̄ sint accepti deo/ꝛ q̄d habēt gratiā. Primū est

tum dicit. signatū est super nos lumen vultus ꝛc. Secundum. dedisti leticiam in corde meo. Tertiū. In pace in idipm ꝛc. Hec sunt tria ex quibus colligit experimentū gratie lumen leticia ꝛ pax. lumen apud vim rationabilem. pax apud irascibilem. leticia apud cōcupiscibilem. Quādo enī ista tria sunt in aīa sancta scdm istas tres vires et vere certum experimentū est q aīa habeat gratiā. benedico vere. quia per hoc differt aīa sancta ab aīa heretica. quia anima sancta habet ista vere quando habet gratiam/ sed anima heretica non Unde nunq habet lumen verū in rationali nec pacē veram in irascibili nec veram leticiam in concupiscibili sicuti habet aīa christiana perfecta que habet lumē veritatis radiantis super vim rationalem in quo mirabiliter delectatur ratio. Anima vero pagani vel heretici et cuiuslibet infidelis non habet lumen nisi sophisticum sicut est lumen in somniando. Similiter non habet veram leticiam in corde. quia sicut dicitur prima thi. iiij. Omnes habent cauteriatam conscientiam. Similiter nec veram pacem habent in irascibili. quia sicut di. ysa. lviij. Impijs non est pax. Unde sicut in paralitico videmus q in ipo est infirmitas non tamē sensus doloris licet in ipso sit materia doloris. In sano autem non est materia doloris nec sensus doloris. In egro autem non paralitico est materia doloris et sensus doloris. Sic īfidelis habet materiam doloris/non tamen sentit dolorem. Unde est velut paraliticus. In anima vero fideli sana/ id est sancta et perfecta non est materia doloris/ nec sensus doloris. In anima vero fideli egra scilicet per peccatū est materia doloris et sensus doloris: sicut dicit Augustinus. Melior est natura que est cū sensu doloris: q que est

sine sensu doloris. et hoc supple qñ habet materiã doloris. Et ppter hoc si pax sit in ĩfideli vel in heretico. hoc nõ est nisi sicut quies ĩ paralitico q̃ nõ est ibi vere sed dolor ibi est/licet nõ sentiať. Ex quib9 etiam patet quorũdam obiectio inefficax qui dicunt ꝙ in pagano et infideli sepe est iocunditas cõsciẽtie bonũ desideriũ: et feruor ad bona opera que videntur esse signa gratie Respõdetur eisdem ꝙ tantũ differt iocũditas aĩe infidelis a iocũditate anime fidelis/ q̃tum distat iocunditas fantastici/vel somniantis a iocũditate vigilantis. Unde in ipsis nõ est vera iocunditas/ q̃ est ad experimentum ad hoc ꝙ aliquis sciat se habere gratiam.

¶ Capl^m. viij. de tribus signis optimis bone ꝯsciẽtie

Nterea ne quis corpori cōtra spiritū plus q decet improuide indulgeat:idcirco pro itellectu prefate Hieronymi auctoritatis aiaduertēda est conclusio cācellarij parisieñ. Magistri Jo. de Gersono cū suis declarationibus. licet inquit agere multa siue temporalia siue spiritualia : per que abreuiat vita corporalis/ aut incurritur infirmitas:dū tñ intentio hoīs nō directe et īmediate feratur sup eo qd est abreuiare vitam vel ifirmitatē incurrere tanq sup finē vltimū: quodq nō fiat pro fine phibito queadmodum desperantes : vt stoici consulebant. De his eni intelligitur auctoritas Hieronymi dicēs. Non differt vtrū magno vel paruo tēpore te interimas. Quod autē in multis liceat abreuiare vitā ⁊ incurrere infirmitatē modis tactis patz. Primo q: si nō:innumere sequerent absurditates. s. q studendū esset cuilibet medicinam. Itē cessare deberent laboratores/cursores. milites precipue/ ⁊ alij huiusmodi ab exercitijs licitis. Itē diuites deberēt pui dere pauperibus in cibis. Et si pro istis corporalibus licenter morti se qs exponat:ergo a fortiorib pro spiritualibus acquirēdis/seruandis ⁊ recuperandis: ergo cōclusio vera. Ex quo patz statutū carthusieñ. de carnibus simpliciter nunq comedēdis esse licitū. Seruetur tñ illud Oratij. Est modus in rebus sunt certi deniqz fines. Ultra quos citraqz nequit consistere rectū. Uirtus eni non in medio indiuisibili. sz in tanta latitudine cōsistit:vt signū ad sagittā ⁊ illud mediū sapiēs assignabit scdm philosophū. Ideo virtus quam experientia gignit certius q ars operat. ⁊ illud medium inue-



nit: q̄ꝙ ars ⁊ doctrina multam cōferant cōmoditatē studētibus in exercitio virtutum. Sed veniamus ad bona spūalia virtutū/⁊ enumeremus expedibiles rationes ꝓpinquas: ꝓpter quas licitū est vite hui⁹ moriendo detrimentū pati. Primo ad obediendum deo. Secūdo ad satisfaciendū ꝓ peccato. Tertio pro iuuamine ꝓximi charitatiuo. Quarto ꝓ euitando graui scandalo. Quinto ad acquirendū virtutes in se vel in alio ad exercitiū pro extirpatione viciorꝫ vt carnis habeatur ad spiritū subiectio. De primo notū est ꝙ de⁹ potest hec ꝑcipere/vel ad hec specialiter instigare: vt in martyrib⁹ et in Sansone: imo vbi quis quereretur ad mortē/quia christianus est: ⁊ nō obligaretur se prodere. pōt tamen in casu publice se morti offerre / sicut plures vltro se obtulerunt: velut legio. x. miliū martyrum et beati Mauricij societas/ac alij. Tamen hic necessaria est discretio: vt quando ⁊ vbi. quia christus iussit persecutionē fugere de vna ciuitate in aliā/vnctio docet ista. Secunda ratio. qꝛ satisfactio et iusticia sepe iubēt multa fieri per que abreuiatur vita: vt patet de penitentijs publicis et occultis / ⁊ iustissimū est ista deuote suscipere. De condēnato quidem ad mortem publice ⁊ iuste dicūt quidam ꝙ potest fugere/alij non. Et probabiliter tradūt oppositum ꝙ remanere tenetur ne violet iusticiam ⁊ sentētiam: tamē quicq̄d sit non dubium est quin talis meritorie possit remanere ⁊ expectare mortem meritam. immo vt videtur nō impossibile est hominem adiudicari posse: vt se perimat per se/quod alteri facere licꝫ. Cur igitur nō poterit quis pro peccatis enormibus quibus meruit mortem eternam tēporalem sustinere penam? Igitur satisfaciāt hi pro peccatis preteritis et presentibus suis

et aliorum pro tēpore mīe: vt vitetur infernus. ¶ Tertiam rationē assignam⁹ charitatem erga ꝓximū imitatricē xp̄i: qui langores nostros portauit. Sic sanct⁹ Paulinus Nolanus episcopus pro vidue filio se pagano in seruū dedit: ⁊ sanctulus pro diacono morti se exposuit. hac de causa sunt religiones institute pro satisfaciendo pro se ⁊ pro alijs. Et tales in corpore mystico eccl̄ie tenent locum plangentiū. Igitur si merces magna est ꝓ alijs penam sustinere: licet consequēter vitam abreuiare. Animaduertite igiē de plurib⁹ presertim de v̄gine Anthiocena ac milite de q̄bus loquitur Ambro. li. de v̄gi. Cur igitur carebunt premio dicti religiosi qui sepe purgati ꝓ alijs dura corporis sustinent exercitia: ⁊ quodāmodo animam suam ꝑnunt Istud est officiū ecclesiasticorū. Unde arma clericorū sunt ieiunia ⁊ lachryme. ¶ In quarta rōne ponitē euitatio scandali: pro quo etiā mors subeūda est. Si esca inq̄t ap̄ls scandalizat fratrem meū nō mādúcabo carnes ineternū. Nō ponatē q̄s corā idolo offerentib⁹ idolatica edenda habere ⁊ nō alia queriē. nunq̄d pri⁹ eliget mortem q̄ȝ in scandalū fidi talia comedere ⁊ pusillos scandalizare: vt Eleazarus scriba cōstantissim⁹ fecisse legiē. ⁊ Matth. vi. Qui carnes porcinas nec vere nec apparenter gustare voluit. Ad hoc precipue respexit ap̄ls cū ait. Castigo corpus meū ⁊ in seruitutē redigo: q̄tuȝ ad refrenationē/ne forte cū alijs p̄dicauero egoip̄e reprobus efficiar. Iste heu modus in perpaucis inueniē: sed pleno vētre ⁊ bursa referta christ⁹ p̄dicaē. Idcirco nō imerito eis diciē. medice: cura teip̄m. Ex q̄bus etiam seq̄tur q̄ in predicatoribus ⁊ curatis magis requiritur vite austeritas ⁊ exēpluȝ. Infertur preterea q̄ Carthusiensis in extrema necessitate pōt



abstinere a carnibus sine peccato. tū quia fratres presentes vel absentes scandalizaret. tum quia institutū est: vel q: non sufficienter firmi tēptabūtur etiā extra necessitatē ita facere. Plures aiunt q non solum non possunt sine peccato: imo tenētur abstinere ppter scādalum. Plus enim est anima pximi q corpus et esca q̄to magis aīe: imo tota religio vt quid p mēbro pereūte totuз corpus misticū detrimentū patiatur. quo modo daret totum vite florem pro fratrib9/qui tanta cupiditate partem marcidam cum aliorū detrimento detinere conatur. Non est miles strēnuus/qui statim post plagas a prelio recedit. Sanctus etiā Martinus moriturus in cinere ₇ in cilicio recūbens p lecto: cum peteret ab eo vt sibi fineret vilia stramenta supponi. Respondit. nō decet inquit filij christianū nisi in cinere ₇ cilicio mori. Ego si vobis aliud exemplū relinquo ipse peccaui. Ubi autē nullū esset statutū etiam perpetuo astrictus voto q a carnibus abstineat in tali necessitate soluere teneret. Quia nulla lex aut constitutio pure humana pōt absoluere vel excipere: vel instituere q nō obseruetur lex diuina que dicit. Non occides. et pasce fame morientem: si non pauisti occidisti. Nec ad se minus q ad alios preceptum illud extenditur. tamen quia raro: vel quasi nunq iste necessitates debite concurrunt. Ideo rationabile est statutū Carthusieñ. Constitutio etiā generalis ecclesie est de non esu carniū in die veneris/sine exceptione regulariter nō obligat. tū in extrema necessitate. imo nec excusaretur ab homicidio si seuel aliū mori permitteret: vbi viuere posset nisi ppter graue scandalū/vt dictuз est. ₇ de votis simile est argumentū. Quinto ppter acquisitionem virtutū/ ₇ exterminum viciorum debilitare

possumus corpus: imo vitam abreuiare fas est. Salomon enim proposuit a vino abstrahere suam carnem / vt transferret animam ad sapientiam. Daniel et ceteri idem fecere prophetarum / vt abiles essent diuinis reuelationibus. Proinde tradunt illud in contemplatione experti non posse animam ex egypto tenebrarum ad lumen terre promissionis peruenire: nisi per desertum fortis contritionis corporalis que etiam a licitis abstineat. et secundum beatum Grego. nemo nouit apprehendere quod vltra ipsum est: nisi se eleuet a carnalibus et corporalibus. propter idem ipse in maxima egritudine extitit. Inde est tanta charitas contemplatiuorum. quare omnes contritiones corporis refugiunt. Erigitur quippe talis sobrietas non solum que peccatum exterminet et seruet mandatum: sed multo asperior. quia per talia dilatatur cor ad superiora contemplanda.

¶ Capitu. viij. declarans. ij. et. iij. doctrina medico morali necessaria et multipliciter ostenditur quod in deum si ne inordinato timore sperare debemus.

Secunda doctrina morali medico necessaria est vt timidum et scrupulosum non faciliter dure corripiat. Nam vt dicit Joh. de camba. lib. suo de consolatione theologie. In multorum talium timoratis conscientiis nihil quasi mali culpe esse videtur: sed solum error in intellectu seu apprehensiua virtute / et multum de perfectione. s. de timore et amore dei. Unde non sunt deridendi tales infirmitatem habentes: sed magis laudandi. vtpote quos adeo viget charitas / et filialis timor dei: quod pro toto mundo nolent deum scienter offendere peccato mortali. licet timor vehemens deum offendendi et dubitatio de agendis nonnullos huiusmodi intantum perturbet quod lepram vel morbum grauissimum alium eligerent / vt a tali essent infirmitate supportati quibus ob



hoc multū cōpatiendū est per durā enī inuasionē terrētur amplius: ⁊ morbus aut nō medet / aut iualescit amplius. Vñ beat⁹ Petrus. i. pe. iij. tales benignissime cōsolans ait. Filie benefaciētes et nō timētes vllā ꝑturbationē: viri similiter cohabitātes scdm̄ scientiā quasi infirmiori vasculo muliebri impertiētes honorē tanq̄ coheredib⁹ gratie vite. Taliū piissim⁹ fuit medicus dei fili⁹ de quo Mat. xij. allegat vaticiniū Isa. xlij. Ecce puer me⁹ quē elegi. dilect⁹ meus / in quo bene cōplacuit aīe mee / ⁊ sequit. Non ɔtendet neq̄ clamabit / neq̄ audiet aliq̄s in plateis vocē ei⁹. Arūdinē quassatā non conteret: ⁊ lignū nō fumigās non extinguet donec eijciat ad victoriā iudiciū. super quo beatus Hiero. ait. Qui peccatori non porrigit manū / nec portat onus fratris sui: iste quassatum calamū cōfringit. ⁊ qui modicā scintillā cōtēnit fidei in paruulis: hic lignū fumigans extinguit. Dat similē doctrinā beat⁹ Grego. lib. iij. pasto. ca. iiij. dicens. Aliter ammouendi sunt leti. atq̄ aliter tristes videlicet letis inferēda sūt tristia que sequuntur ex supplicio. tristibus vero inferenda sunt leta que ꝓmittuntur ex regno. Discāt leti ex minarum asperitate qd̄ timeāt. audiāt tristes premiorū gaudia de quibus presumāt. Illis quippe dicitur. Ve vobis qui ridetis nunc quia flebitis. Isti vero eodē magistro dicēte audiant iterū videbo vos. ⁊ gaudebit cor vestrū ⁊ gaudiū vestrum nemo tollet a vobis

¶ Tertio moralis medicus scrupuloso egroto de cura spem tribuat. Consolari debet enim vt dicit vbi supra Joh. de cāba. q̄ maximi viri hac infirmitate scrupulose conscientie laborasse visi sunt. qui tandem curati fuerunt in toto vel in parte quorū q̄plures magni doctores in sacra pagina effecti in suis dixerunt

vulneribus quomodo alienis mederi possent laborēt vt bonā spem habeāt ⁊ audaciā laudabilē ↄsiderando id q̄d docet sanctus Tho. i. ij. q. xlv. per philosophū. ij. rethorice q̄ dicit ꝙ cā audacie est cū in fantasia fuerit spes salutariū vt ꝓpe existētiū. timendorū aūt: vt nō existētiū aut lōge existētium. Unde q̄cunqȝ sunt nata causare spē vel excludere timorem. sunt causa audacie/eo quod audacia timori opponitur. Est econuerso spes appetitus excellentis boni cum fiducia obtinēdi et hec naturalis animositas cōstantia seu audacia nō equaliter omnibus inest hominibus sicut nec timiditas. Unde dic. Alber. super. iiij. di. xxx. ꝙ huiusmodi animositas nō sequit̄ spem sed potius cōplexionem sicut timor melancoliam et huiusmodi. Est enī melancolia sicca terrea et frigida habens euaporationes nigras ad cerebrū liq̄dū q̄b⁹ imprimuntur terribilia fantasma ta: et est in eis calor nō sufficiēs ad calefactionē cordis ⁊ sanguinis: ⁊ cordis motū. scd̄m dyastolon ⁊ exsufflationē sanguinis et spirituū in membra exteriora ⁊ corpus. ⁊ ideo manēt destituta frigida/⁊ timida refugiēte sanguine ad cor ⁊ stante ibi. Et cū hec cōplexio non sit in omnibus nō oportet ꝙ oēs equaliter sint cōstantes vel timidi. In mulierib⁹ aūt est multū timida cōplexio ꝓpter debile calidū ⁊ vincens humiduȝ. in quo cito ꝓfundantur terribilia. et calidū debile nō sufficit calefacere cor ⁊ sanguinē vt prius dictū est. Unde omnis mulier naturaliter est timida nisi sit ꝑ accidēs vt virgines que nō timēt. Hec Alber. Siquidē nimia tristicia deijcit a bonis animum. teste Salomone. puer. xv. dicente. In timore animi deijcit̄ spiritus et ecōuerso eccl̄ia. xiiij. Felix q̄ nō habuit animi tristiciā ⁊ nō excidit a spe sua. ideo etiā nō est cōtinue habēda memoria

peccatorũ: nec cõtinue cogitanda dei iusticia. imo sepe presertim timidis assumenda est spes in deũ et fiducia vt spes q̃ potior est virtus q̃ timor in misericordia dei respiret. Sũt autẽ quatuor que spes adiuuant plurimũ/ videlicet diuine pietatis cõsideratio. Mediatoris christi incarnatio. mediatricis nostre inuocatio. scripture sacre attestatio. et sanctorũ piorum aduocatio. ¶ Primo valet diuine pietatis consideratio. Est enĩ creator noster et opifex. Artifex aũt naturaliter adeo suũ opus diligit: vt illud vituperari vix audire valeat. De deo. n. sap. ij. dr. Diligis oĩa q̃ sunt et nihil odisti eorum que fecisti. q̃to magis ergo diligit eum quẽ ad similitudinẽ et imaginẽ suam creauit/et cui esse gratis ꝯtulit. Cur bene esse per orationẽ quis ab eo nõ speraret? Est deus etiã noster verissimus et naturalis dñs. Diligũt aũt naturaliter hoĩes ea q̃ sua sunt. et ꝯseruãt ea. et si ꝑdiderĩt gaudent cũ recuperãt. lõge amplius similia deus facere credẽdus est de hoĩe/vt docet in parabola ouis perdite et dragme Luce. xv. vbi dicit. Ita dico vobis gaudium erit in celo sup vno peccatore penitentiã agente q̃ super nonagintanouẽ iustis. Eandẽ ꝓterea fidẽ seruare tenet dñs seruo quã viceuersa seruus dño. Sicut igit infidelis esset suus q̃ dño suo in necessitate nõ subueniret cuius posset. ita et deus: quod a diuina absit fidelitate Certissime igitur credat se isti. i. Cor. x. Fidelis deus qui non patietur vos tẽptari supra id quod potestis: sed faciet cũ tẽptatione prouentum vt possitis sustinere. Merito proinde beatus Martinus ꝑcutiendus a latrone et quesitus si timuisset. Respondit se nunq̃ magis fuisse securum. quia sciebat misericordiã dei marime in necessitate affuturam. Est insuper deus intãtum bonus essentialiter et misericordissimus: adeo vt pe

tentes non minus velit a miseria liberare q̄ ipi libe-
rari velint. Asserit hec beatus Augustinus loquens
de illo christi verbo. Petite et accipietis. Non tantū
hortaret̄ vt peteremus nisi dare vellet. Erubescat hu
mana pigritia. plus vult ille dare q̄ nos accipere. pl9
vult ille misereri q̄ nos a miseria liberari. Ad hoc pti
nens est parabola euangelica de filio ꝓdigo Luce. xv.
⁊ illud Luce. v. Si vos cum sitis mali nostis bona da-
re filijs vestris. q̄tomagis pater vester de celo dabit
spiritum bonum petentibus se. ¶ Secundo valet ad
augmentū spei meditatoris xp̄i incarnatio prebet eni
vt ait beat9 Gregorius apud deū homini magnā fidu
ciam deus homo. est nobis spes magna penitētibus:
quia aduocatus noster factus est iudex noster. i. Joh.
ij. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud pa
trem iesum xp̄m iustū. et ipe est ꝓpiciatio ꝓ peccatis
nostris. Et Ro. viij. Christus iesus est ad dexteraꝫ dei
qui etiam interpellat pro nobis. Dicitq; glo. super il-
lud psal. Saluum fac populū tuuꝫ dn̄e ⁊c. Ecce quāta
spes credētium. cum pro eis orat passus ꝓ eis et iudex
eorū factus est aduocatus. Clementiā hanc summam
xp̄s noster aduocatus misericordissim9 gratiose osten
dit cū sancto Carpo orante vt duo infideles de hac vi-
ta tollerentur: sic christus de celo veniens dixit. Per-
cute cōtra me de cetero. Parat9 enim sum rursus ꝓ
hominib9 saluādis pati/ ⁊ hoc amicum mihi nō q̄ alij
peccāt hoies. sed vide si bene habēt māsionē in hiatu/
⁊ cum serpentibus cōmutare pro mansione cum deo ⁊
bonis amatorib9 hominū angelis. vt in exēplo refert
beat9 Dio. in ep̄la ad demophilum monachū. ¶ Ter-
tio valet ad spei augmentū mediatricis nostre īuoca-
tio q2 ipa est vt eccl̄ia canit vita dulcedo spes. ⁊ aduo-

cata nostra. mater grē ⁊ mater misericordie. Et iterū Tu pietatis viscera nulli claudis homini. Credo beato Bern̄. dicēti. Securum habes accessum o homo ad deū: vbi habes filiū ante patrem. ⁊ ante filiū matrē filius ostendit patri cicatrices ⁊ vulnera. mater ostēdit filio pectus et vbera. Nec ibi vlla pōt esse repulsa: vbi tot charitatis occurrūt īsignia. Et iterū. Cū tu dign⁹ nō eras cui filius dei daretur: datus est marie: vt per eam acciperes quicquid peteres. Sileat inquit idem Bern̄. misericordiā tuā3 o virgo beata si q̄s inuocatā eam in necessitatib⁹ meminerit sibi defuisse. reuolue totā seriē euāgelij. ⁊ si quid asperu3 si quid durū inuenias in maria: deinceps eā suspectā habeas ⁊ ad eam accedere verearis. Prudentissimus enī artifex deus humanū genus quassatū nō cōfregit: sed vtilius oīno refecit: vt nobis videlicet nouū adam ex veteri formaret ⁊ euā in mariā trāsfunderet. Et q̄d̄ē vt oīs sufficiētia nostra ex deo sit. poterat christus sufficere: sed nobis nō erat bonū hominē solū esse. Congruum igitur magis fuit vt vterqͫ sexus adesset quorum corruptioni neuter defuisset. plane et prepotens ⁊ fidelis est mediator dei ⁊ hominum homo christus iesus. Sed diuinam verentur in eo homines maiestatem. Etenī de⁹ noster ignis cōsumens est: ad quem veretur peccator accedere ne sicut cera flui a facie ignis: sic ip̄e pereat a facie dei. Opus igitur erat mediatrice ad mediatorem illum habere: nec nobis alter vtilior q̄ maria. Quid hūana fragilitas ad mariam trepidet nihil austerū in ea. nihil terribile tota suauis est. lac et lanam oībus offert ⁊ oībus oīa facta est. Hec beat⁹ Bernar. ¶ Quarto valet scripture sacre attestatio que totiēs mouet ad spem et sperantes beatos asserit. et nullibi

vel raro ad scrupulū imo nunq̃ ad erroneam conscien-
tiam. Nam psa. xx. Quis ambulabit in tenebris scilꝫ
ignorantie ⁊ non est lumē ei. speret in nomine domini
⁊ innitatur super deum suum. psal. Spera in dño ⁊ fac
bonitatē ⁊ pasceris in diuitijs eius. spera in eo et ipse
faciet sperare in eo oīs cōgregatio populi. quia deus
adiutor noster in eternum. Sperantem in domino mi-
sericordia circūdabit. In deo speraui nō timebo quid
faciet mihi homo. Ex quo patet multiplex hominum
sperantium in deo vtilitas. videlicet diuitiarum diui-
narum datio orationuꝫ exauditio. dei auxiliatio. mie
circūdatio ⁊ demonis vel inimici detestatio. Sic Hie-
re. xvij. Beatus vir qui confidit in domino. erit quasi
lignū quod plantatur super aquas. Nec miruꝫ qꝛ ar-
bor spei in optimo loco scꝫ in summo bono ponit̃. Hec
spes est baculus non arundineus egypti sed sethinus
quo deo initimur. de qua sapi. ij. dicit̃. Qui confidunt
in illo scꝫ deo intelligunt veritatē. Quinto ad eam va-
let sanctorū pia inuocatio iuxta illud Job. iiij. Ad ali-
quē sanctorū conuertere. et illud psal. Leuaui oculos
meos in mōtes vnde veniet. Montes sunt viri spiri-
tuales. Ideo de eis beatꝰ Berñ. dicit. Tria sunt que
in festiuitatibꝰ sanctorū vigilāter cōsiderare debemꝰ
auxiliū sancti exēplū sancti ⁊ confusionē nostrā. Auxi-
lium qꝛ potens in terra potētior est in celis ante faciē
domini dei sui. si hic dum adhuc viueret misertus est
peccatoribus ⁊ orauit pro eis nunc tanto ampliꝰ q̃to
verius cognoscit miserias nostras/ orat pro nobis pa-
trē: quia beata illa patria charitatē eiꝰ non īmutauit
sed augmētauit. ⁊ nunc sibi potius induit viscera mi-
sericordie/ cū ante fontem misericordie assistat. Veri-
simile igitur est ⁊ credibile valde ꝙ hi de quorum pie

tate in via multum legimus in patria iuxta necessita tes diuersas itercessores pijssimos habeamus. Tale s presertim fuerunt beatus Nicolaus sup afflictos pia gestans viscera. Martinus qui clamidem diuisit pau peri. Katherina et Honofrius/ac alij qui petiuerunt clementiam ⁊ gratiam supra eorum memoriam agen tibus: vt de eis publice canit ecclesia.

¶ Capitulū. ix. declarat quartam doctrinam: ⁊ q̄ntum obsint singularitas/inobedientia/⁊ impersuabilitas.

Quarta doctina morali medico necessaria est vt pe ricula/nisi medicum talē sequatur insinuet: que pericula qualia sint et qui sunt fructus bone ⁊ quiete cōscientie dictū est supra parte prima ca. i. et. ij. Sicut enim qui corpus medicum non sequitur se mortis pe riculo committit: sic qui scrupulosus est si discretos ⁊ sapientes vel prelatos nō sequitur se discrimini mul torū peccatorū tradere nō ambigit. Ibi siquidem sin gularitatis vitiū imo supbie ⁊ sepe inobediētie incur ritur. Quā singularitatē vituperabilē tria ostēdūt sci licet scriptura sacra/sanctorū dicta/⁊ naturalis indu stria. Scriptura q̄dem sacra. Nā ꝓuer. iij. dicit. habe fiduciā in domino ex toto corde tuo ⁊ ne imitaris pru dentie tue. In omnibus vijs tuis cogita illū ⁊ ipe diri get gressus tuos ne sis sapiēs apud temetipsum: sed interroga patrē tuū ⁊ ānūciabit tibi maiores tuos/et dicent tibi de vte. xxxi. sic eccle. vi. di. In multitudine presbyterorum prudentium sta: ⁊ sapientie illorum ex corde cōiungere vt oēm narrationem dei possis audi re/et prouerbia laudis non effugiant a te. Et si vide ris sensatum euigila ad illum ⁊ gradus ostiorū illius exterat pes tuus. Et iteruꝫ ibidem. viij. Ne despicias narrationē presbyterorꝫ sapientiū: ⁊ in ꝓuerbijs eorū

conuersare. Ab ipis eni dices sapietiam/et doctrinam intellectus: et seruire magnatis sine q̄rela. Nō te p̄tereat narratio senioꝝ. ipi enim didicerunt a patribus suis quoniam ab ipis dices intellectū: et in tēpore necessitatis dabis respōsum. Ratio autē quare oportet inferiores et simplices seq̄ sapientiores assignat sapientie. ix. q: cogitatiōes mortaliū timide et incerte prudētie nostre. corp⁹ enī qd corrūpit aggrauat aīam: et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. et difficile estimam⁹ q̄ in terra sunt et q̄ in ꝓspectu sunt inuenim⁹ cū labore. que in celis sūt sunt q̄s inuestigabit. q. d. paucoꝝ hoc est qui scilicꝫ sciūt scripturas ponderare: nō eoꝝ q̄ timore amore vel odio turbari veruꝫ a falso nesciunt discernere. Uult hoc dictum sapi. pro uerbioꝝ. iij. dicens. Qui fortiter premit vbera ad eliciendū: lac reprimit butirū/et qui vehemēter emūgit elicit sanguinē. Ubi glo. Ubera fortiter premis: dū sacri eloquij vba subtili pēsas intellectu. qua pressione dū lac queritur/butirū inuenitur. q: dū tenui intellectu querim⁹: liberalitate eīne pīguedinis inungimur. qd nec sp nec vnq̄ faciēdū est: ne dū lac querit sāguis sequatur. quia dū verba diuina vltra modū discutiuntur/incarnalem intellectū cadūt. Sanguinē enī elicit qui vehemēter emūgit: q: carnale efficit hoc quod nimia discussione sentitur. Idcirco etiam ꝓuerbioꝝ. xij. dicit. Qui cōfidit in cogitationib⁹ suis ipse agit. Ostēdunt idē secūdo sctōꝝ dicta singularitatis scꝫ vicium detestantia: quo quis ꝓrimoꝝ etiā sapientiorū dictis nō acquiescit. Dicit enī beat⁹ Ber. ū. li. de. xij. gradib⁹ superbie. Cū singularis ex his q̄ singulariter et inaniter agit apud simpliciores eius opinio excreuerit: dū miserum beatificant ipm in errorem inducūt. credit

nāq3 q̄d audit/et q̄d intendit nō attendit. obliuiſcitur intētionē dū amplectitur opinionē. cūq3 de omni alia re plus credit ſibi q̄ aliis de ſe ſolo plus aliis q̄ ſibi. et quicquid de ſe laudatū nouerit nō ignorantie aut beniuolētie laudatorū: ſed ſuis meritis arrogāter aſcribit. Un̄ poſt ſingularitatē. vi. ſibi gradus ſupbie arrogantia vendicauit. poſt hanc p̄ſumptio inuenitur in qua. vii. gradus cōſtituitur. Ad idem eſt caſ. ex verbis abbatis Moyſi hūilitatis non ficte inq̄t prima probatio hec erit. Si vniuerſa nō ſolū q̄ agenda ſunt ꝛc. vt poſitū eſt ſupra pte. ii. ca. vii. Predictorū ratio tertia reddit̄ ex p̄mo li. iii. ca. ſūme cōtra gētiles ſancti doct. Per grad⁹ intellectū videm⁹ inq̄t q̄ duorū hoīm quorūvn⁹ aliorē aliquā intellectu ſubtili⁹ intuet̄: ille cui⁹ intellect⁹ eſt eleuatior multa ītelligit/ q̄ alius oīno capere nō pōt: ſicut p3 in ruſtico q̄ nullo mō ph̄ice ſubtiles rationes capere pōt. Sic pariformiter cū iuuenes ſcia ꝛ morib⁹ inexpti in maxima diſtātia ſint: ab exptis capere nequeūt/ eis in oībus neceſſaria cōſilia niſi ab exptis manu ducant̄. Miratur ꝓpterea bea. Hieron. in ꝓlogo biblie. Cur iperiti ꝛ noui in ſacris ſcripturis legere putent in eis oībus que dixerint / cū tū in nulla alia arte aut ſciētia q̄s docere audeat: q̄d diu prius non didicerit tempore et experientia diutinis.

¶ Capitulum decimum vltimam doctrinam exponit et annumerat ſeptem regulas/ quas obſeruare debēt illi qui nolunt ſcrupuloſas conſcientias deponere rationabiliter: quarum hic tres declarantur.

Decimū quinta doctrina morali medico neceſſaria eſt: vt ſcilic3 regulas ſcrupulos deponendi in dicet infirmo. In his enim eiuſdem ſcrupuloſe cōſciētie medicina curatiua latet. Sūt eni ſeptē generales

regule quarum āminiculo erronea cōſcientia deponi poteſt ⁊ debꝫ: videlicet debita ad gratiam dei prepara tio. ſollicita ſacre ſcripture indagatio/oratiōis deuo te continuatio/opinionis alicuiꝰ tuta electio/obediē tie humilis imitatio/ſcrupulorū animoſa abiectio/ et preceptorū diſcreta epikeyſatio: que ſeptē iubet habe re eterna ſapientia prouerbiorū. ij. d. Si ſuſceperis ſermo nes meos/et mandata mea cuſtodieris penes te. ſi ſa pientiā inuocaueris: ⁊ inclinaueris cor tuū prudētie. ſi queſieris eam quaſi pecuniam ⁊ ſicut theſaurū effo deris illam: tūc intelliges timorem dn̄i ⁊ ſciētiam dei inuenies. ¶Prima regula innuit ibi. Si mandata mea Secunda ibi: ſi queſieris eam quaſi pecuniā. Tertia ibi: ſi ſapientiam inuocaueris. Quarta ibi: ſi pruden tie. Quita ibi. Inclinaueris cor tuuꝫ. Sexta ibi: ſicut theſaurum effoderis illam. Septima ibi. Si ſuſcepe ris ſermones meos: ſubaudi modo debito. ¶ Prima igit regula eſt vt ſe quis ad gratiam quantuꝫ pōt pparet dei mandata ſeruando de peccatis omnibus et ſingu lis corde dolēdo: et eadē pure cōfitendo. Nam quicunq facit qd̄ in ſe eſt: deus infallibiliter ei gratiam infun dit/⁊ lumen doni ſapiētie ſcientie intellectus ⁊ cōſilij ei tribuit. quibus iuuari poteſt ad depoſitionem erro nee cōſcientie prout ſupra late patuit parte. ij. ca. ix. ⁊ x. Volunt hec verba prophetarū. Nam ezechie. xviij. di citur. Conuertimini ⁊ agite penitētiam ab omnibus iniquitatibꝰ veſtris: ⁊ nō erit vobis in ruinā iniquitas. Et iterū de grauiſſimis peccatoribus iſraheliticis in ſyō et hieruſalem habitantibus dominus yſa. xlix. dicit. Dixit ſyon dereliquit me dominus et dn̄s oblitus eſt mei. Nūquid obliuiſci poteſt mulier infantē ſuum vt nō miſereat filio veteri ſui. Et ſi illa oblita fuerit ego

tamē nunq̄ obliuiscor tui ecce in manib⁹ meis descri psi te. ¶ Secunda regula est sollicita sacre scripture indagatio. Si inquit quesieris eam tanq̄ pecuniam et sicut thesaurum effo.&c. Scimus autem q̄ mercatores filij huius seculi que prudentiores sunt filijs lucis.s.in generatione sua summū studiū habēt acquirē di pecunias. Nam preceptorē primo tritū in arte sua docentē audiunt. Secūdo in libris debitorum et receptorum student sollicite. Tertio debita sua et auxilia aliorꝫ postulant assidue. Ad quorum certe similitudinem eadē facere tenemur. Primo enim preceptorem seu magistrum discretum oportꝫ vt quis habeat. Docet enim hec Salomon prouer.i. vt detur inquit paruulis astutia: ꝛ adolescētuli s sciētia ꝛ intellect⁹. Idcirco audiens sapiens sapientior erit: ꝛ intelligēs gubernacula possidebit. Animaduerter parabolā ꝛ interpretationē verba sapientū et enigmata eorū. Idem asserit beatus Hierony. in epistola ad Paulinum dicens Intellige te in sacris scripturis sine preuio ꝛ monstrā te semitam non posse ingredi. Taceo de grāmaticis rhetoricis/philosophicis/geometricis/dyleticis musicis/astronomicis/medicis: quorum scientia mortalibus satis vtilissima est/ꝛ in tres partes scinditur. In doctrinam explorationem et vsum. Ad minores artes veniam: ꝛ que nō tam lingua q̄ manu administrātur. agricole/cemētarij/fabri metallorum/lignorūq3 cesores/lanarij quoq3 et fullones: ꝛ ceteri qui variam supellectilem et vilia opuscula fabricant/absq3 doctore esse non possunt quod cupiūt: sic etiam vas electionis post damascū arabiamq3 lustratam ascendit hierosolimam vt videret Petrum: et apud eum.xv.diebus fuit. Rursusq3 post annos.xiiij.assumpto Barna-

ba et Tito exposuit cũ aplis euangeliũ ne forte in va-
cuũ curreret aut cucurrisset. Insuper ad pedes Gama
lielis legẽ Moysi et ꝓphetas didicisse se gloriatur vt
armatus spiritualib⁹ telis postea doceret confidẽter
Duodecim etiã annos saluator ipleuerat ⁊ in tẽplo se
dens de q̃stionib⁹ legis interrogans magis docet dũ
pudẽter iterrogat. Scḋo erigit vt in lege dei assidue
pro posse studeat qḋ ꝗ̃ta assiduitate fieri debeat/ ostẽ-
dit beat⁹ Hiero. tã viris ꝗ̃ serui femineo: tam religio
sis ꝗ̃ secularibus imo adultis ⁊ iuuenib⁹ ita. d. in epi-
stola ad Paulinũ/ cui⁹ initiũ est bon⁹ homo. Semper
ait in manu tua sit sacra lectio. Et ad rusticũ. Nunꝗ̃
de manu tua ⁊ oculis tuis recedat liber. ama sciẽtiã
scripturarũ: ⁊ carnis vitia non amabis. Similiter ad
Nepotianum dicit. Diuinas scripturas sepius lege:
imo nunꝗ̃ de manu tua sacra lectio deponat. disce qḋ
doceas optime eũ qui scḋm doctrinã apostoli est fide-
lem sermonẽ: vt possis exhortari i doctrina sana: ⁊ cõ-
tradicẽtes reuicere. Et ad furiam de viduitate seruã
da. Cũ inq̃t comedis cogita statim tibi orandũ illico:
et legendũ sic de scripturis sacris habeto fixũ versuũ
numerũ. Istud pensum domino tuo redde. Nec ante
quieti mẽbra cõcedas: ꝗ̃ calathũ pectoris tui hoc sub
tegmine cõpleueris. Post scripturas sacras doctoꝝ
hominum tractatus lege eoꝝ dũtaxat: quorum fides
nota est. Non necesse habes aurũ in luto querere mul
tis de margaritis vnã redime margaritam. Et iterũ.
O si videres sororẽ tuam/et illud sacrioris eloquium
coram audire cõtingeret: cerneres in paruulo corpu-
sculos ingẽtes animos: audires totã veteris ⁊ noui te
stamenti suppellectilem ex illius corde feruere. Pre
terea ad Demetriadem virginem ait. Illud tibi nata

deo ideoq; pre omibus predico et repetens iterũ atq; iterum monebo vt animũ tuum sacre lectionis amore occupes: nec in bona terra pectoris tui sementem solũ au enarũq; suscipias ne dormiente patrefamilias inimicus homo zizania superseminet/ et in fine eiusdẽ epistole. Finem inquit iungo principio: nec semel me minisse cõtent⁹ sum. Ama scripturas sanctas: et amabit te sapiẽtia. Dilige eã/ et seruabit te. honora illã/et amplexabitur te. Hec monilia in pectore et in auribus tuis hereãt: nihil aliud nouerit lingua/nisi christũ: nihil possit seruare/nisi qđ sanctũ est. Cui cõcordat illud puer. iiij. Posside sapiẽtiã. posside prudentiã: ne obliuiscaris neq; declines a verbis oris mei. Ne dimittas eam/ et custodiet te. Dilige eã et seruabit te. Tertio exigitur vt auxilia ab alienis postulet p orationẽ seu deprecationẽ. Non enĩ lectionis sacre studiũ sufficit: sed exigit vna cũ deuota oratione studiũ p intellectu agẽdorũ et credendorum: vt ostẽdit beat⁹ Hiero. in episto. ad Paulinũ dicens. Quicqđ aliis scilicet ab apostolis et primitiue eccl'ie doctoribus exercitatio et quotidiana in lege meditatio tribuere solet: hoc illis videlicet apostolis et similib⁹ spiritussanctus suggerebat/ et errant iuxta qđ scriptum est omẽs docibiles deo. Non enim semper sufficit studium: sed oratio coexigitur deuota pro intellectu sacre pagine. Cuius rationem assignat beatus Augustinus ad Volusianum de incarnatione verbi. Tanta est inquit christianorũ profunditas litterarum: vt in eis quotidie proficerem si eas solas ab ineunte pueritia vsq; ad decrepitam etatem maximo ocio: summo studio/ meliori ingenio conarer addiscere. Quid igitur in hac attinget sapientia: qui fere totum vigorem etatis sue aliis impẽdit sciẽtiis/ solasq;



feces senectutis huic ꝓfunde ministrat sapiētie. Ad hanc tamen sapientiam a multis orando citius ꝙ̄ studendo ꝑuenitur. Optaui inquit sapiens: et datus est mihi sensus inuocaui ⁊ venit in me spiritus sapiētie. Eundem aperit sensum Augustinus libro de videndo deum. ca. i. di. Qui didicerūt a domino iesu mites esse: et humiles corde plus cogitando et orando profecerunt ꝙ̄ legendo ⁊ audiendo. Patet hoc in barbaro illo christiano de quo recitat. li. vij. de doctria christiana qui litteras ip̄as nullo docente homine in plenam noticiā orando vt sibi reuelarētur accepit preuijs triduanis precib⁹. Impetrauit idem vt codicē oblatum stupētibus qui aderant legēdo percurreret. Tradunt ⁊ patrū hystorie de sancto anthonio simile qui sine vlla scientia litterarum diuinas scripturas memoriter renuit fultus orationum suaꝝ presidio: vt ibidē dicit beatus Augustinus. Ad idem Hugo libro suo de aia dicit. Ad scripture sacre cognitionē plus opus est materna cōpūctione: ꝙ̄ ꝓfunda inuestigatione. suspirijs ꝙ̄ argumētis. crebris gemitib⁹/ ꝙ̄ copiosis argumentationib⁹. lachrymis ꝙ̄ sentētijs. oratione/ ꝙ̄ lectiōe. et gratia lachrymaꝝ/ ꝙ̄ scientia philosophoꝝ. ¶ Tertia igit̄ regula pro euasione erronee cōsciētie que est orationis deuote continuatio/ patȝ ex premissis: et ex parte. ij. ca. viij. ꝓpter qd̄ sapiens ait. Inuocaui et venit in me spiritus sapientie. Sapientie septimo.

¶ Capitulum. xi. deducit. iiij. regulam/ ⁊ ꝓbat auctoritatibus antiquorum ꝙ doctoribus contraria sentientibus: licet bona conscientia vnam partem tenere.

Quarta ꝓinde regula ꝑncipalis est opinionis alicui⁹ tuta electio. Sūt enī aliquando de aliq̄bus materijs moralib⁹ doctores opinionū contrariarū: et

tūc ſcrupuloſi dubitant quā partē poſſunt cū bona cō-
ſciētia eligere. ¶ Pro enodatione huius difficultatis
notandum in pmis q cū bona cōſcia poteſt qs tenere
vnā partē alicui⁹ opinionis/ꝛ ſcōm eā operari ſaltem
excluſo ſcandalo:q pars habet ꝑ ſe notabiles ſeu no-
tabiliores doctores.dūmodo talis opinio nō ſit cōtra
expreſſam auctoritatē ſacre ſcripture/nec cōtra deter
minationem ſacre eccleſie catholice/dūmodoqꝫ ex cō-
trarietate taliū opinionū nō inducaṫ quis ad dubitā-
dum:ſed bonā cōſciētiam ſeu fidē ſibi formet de proba
biliore parte.ꝑcipue in tali caſu qn̄ quis adhibet dili-
gentiam inquirēdo an liceat/nec inuenit aliqd qd euꝫ
ſufficienter moueat ad hoc q ſit illicitū. Patet illud
pmo per doct.ſanctū in qſtionibus de quodli. quodli.
iij.q.x. vbi dicit q quando diuerſe opiniones doctorū
ſacre ſcripture nō pertinēt expreſſe ad fidem et bonos
mores tūc abſqꝫ periculo auditores vnam ſequi pn̄t.
Ibi enī locū habet illud apl̄i ad Ro.xiiij. Vnuſquiſqꝫ
in ſuo ſenſu abūdet. Et iterū ibidē de illo qui aſſentit
opinioni magiſtrali q̄ nō eſt contra manifeſtū ſcriptu-
re teſtimoniū nec cōtra illud qd publice teneṫ in eccle
ſia nequaqꝫ hūc cōdēnat. Unde idē doctor in pluribus
locis etiā in materia morali ad ſalutē neceſſariam te-
net opinionē vnā vt alij doctores notabiles tenēt con-
trariam vt.q poſt lapſum in peccatū mortale nō opor
tet aliquē ſtatim confiteri ſub ꝑcepto habita copia cō
feſſorum. Hec deter minaṫ in quarto di.xvij. et tamen
cōtrarie opinionis eſt Hugo de ſancto vict.ꝛ Bonauē
tura. Similiter dicit ſanct⁹ doct.ibidē q ſi parrochia
nus confiteretur fratri habenti auctoritatem cū dimo
nenti parrochianū vt plebano ſuo cōfiteatur tūc etiā
ſi talis confeſſus nolit fratri acquieſcere adhuc debet

eum absolueret: tamen cōtrarium eius tenēt plures doctores. Nec obstant ea que dicit qōli. xiij.q.xij. vbi dicit sic. quando due sunt opiniones cōtrarie de eodē oportet alterā esse veram/et alterā falsam. Aut ergo ille qui facit cōtra opinionē magistrorū vtpote haben do plures p̄bendas: facit contra veram opinionē ꝛ sic cuȝ faciat cōtra legē dei/nō excusatur a peccato q̄uis nō faciat cōtra cōscientiam. sic enī contra legē dei faceret. Hec verba sancti thome nō possunt intelligi nisi de illis vbi manifeste patet ex scriptura vel ecclesie determinatione ꝙ sit contra legem dei. et non de illis intelligit vbi illud non apparet sicut seipsum declarare videt̄ supra tacto allegato. iij. quodlibet. q. x. Alias enim sibi contradiceret in eodem libro / quod non est credendum. Ex quibus sequi videtur expresse ꝙ non oportet semꝑ tutiorē opinioneȝ eligere de necessitate salutis sed sufficit tutā eligere. Nam tutior est gradus cōparatiuus presupponens positiuum sc3 aliam tutā esse opinionem. Patet illud. ꝙ tutiores videntur esse opiniones prefate aliorū q̄ quas sanctus thomas ibi tenet. Item patet ex argumento suo vbi supra qōli. xi. q. xiij. vt tactum est/ quando aliquis ꝑpter contrarietatē doctorū adhibet diligētiā inq̄rēdo de veritate nec reperit ꝙ sufficienter eū moueant argumenta cōtraria. licet talē moueant quedam leuia que in. iiij. d. xviij. in questione litterali docet abijcienda esse ꝛ conscientias in contrariuȝ informandas. Nec mirum. ꝙ per talē diligentiā videtur homo facere quod in se est vt patet ex parte. ij. capitulo. ix. ꝛ. x. Ad idem videtur esse quodlibet. iiij. q. xiij. vbi querit. Utrum vitari debeant illi excōicati/circa quorum excōicationē sapientes contraria opinantur. Respondetur ꝙ excōicati

nis aliquorum dubitatio aut precedit sententiā iudicum aut sequitur. si p̄cedit: puta si non dicitur esse declaratum per iudicum censuras illos esse excōicatos: tunc non sunt vitandi quousqꝫ certo iudicio terminetur. In hoc enim casu verum est quod dicitur ꝙ in mitiorem partem interpretari debet anim⁹ boni viri dubia. Unde de vtero. xvij. Si difficile ⁊ ambiguuꝫ apud te iudicium esse perspexeris: et iudicum intra portas videris verba variari / venies ad sacerdotes et iudicē. queresqꝫ ab eis: et quecunqꝫ dixerint: sed si ambiguuꝫ oriatur post concordem iudicum determinationem / magis standum est sententie iudicum / vt probat ibi. Ecce quomodo doctoribus contrariantibus licet istū pro non excommunicato habere et non vitare. ¶ Secundo patet principale per altissiodorensem quem allegat Cancellari. de gersono tractatu de pollutione. Dico inquit cum domino Uuilh. altissiodorensi ꝙ regula magistralis videlicet dubitans de aliquo an sit illicitum et stante dubio illud agens peccat. quia discrimini se committit: istam regulam intelligendam esse de dubio tali quod est vehemens / aut magis / aut eque inducit mentem credere quod est mortale illicitum / sicut quod est licitum. secus enī est vbi mēs plus inclinatur / et iudicat ꝙ est licitum ꝙ̄ illicitum. ꝙ̄uis non habeat vsqꝫ quaqꝫ certitudinem euidentem: aut firam. quia nec hoc ip̄m requiritur. Uidebitur de hoc infra latius ca. xxiij. xxiiij. et. xiij. ¶ Tertio patet illud per plures antiquos theologos ⁊ canonistas deuotione et litteratura multum famosos. Dicit enim Ulri. super. ij. sententiarū. d. xxij. ⁊ concordat in summa quē Ulri. Johan. in summa valde commendat. Dicit inꝙ vt supra dictum est / ꝙ si quis de aliquo agendo dubio

magis peritos cõsuluerit de quo nullã habet auctori
tatẽ expressam vtruz ita sit vel nõ dũmodo formet sibi
bonã cõsciẽtiam: postq̃ magis peritos consuluerit ꝛc.
etiã si res aliter se habet q̃ ipse sentit excusatur. fecit
enĩ qd potuit. deus autẽ nihil impossibile requirit ab
hoie. Hec ille. Nam ibidẽ equiparat istũ casum igno-
rantie inuincibili: ꝛ oĩno inuolũtarie: q: scire non põt
Ad idem est Monaldus in prologo summe sue dicẽs.
Non generatur aliquod preiudicium erga veritatis
sententiam cũ inter diuersas opiniones a magistris ꝛ
approbatis doctoribus scriptis autenticis annotatas
illã opinionẽ quis amplectit̃ : que sibi videtur magis
cõsona rationi. Unde etiam Hũbertus in expositione
cõstitutionum ordinis predicatorũ dicit. quia fructus
animarũ impediri solet per nimiã austeritatẽ in con-
siliĩs ꝛ opinionibꝰ. terrẽtur enĩ ex hoc hoĩes in tantuz
vt salutẽ negligãt: idcirco relaxãda est q̃tum fieri po-
test austeritas ꝛ agendũ est benigne cũ hoĩbꝰ quia sic
melius trahunt̃ ad salutẽ cũ sentẽtie mitiores tenent̃
Hec Humbertus. Et cõcordat hostieñ qui dicit extra
de cogna. spirituali in glo. sup ca. Sed vir. q̄ vbi sunt
diuerse opiniones et diuersa iura: semper hũanior est
p̄ferenda. i. rationabilior / imo et eq̃or. extra de trans.
ca. finali. Ubi vero vtraq̃ hũana est parti maiori stan
dum est ꝛ saniori. Ad idem est Guilh. Glo. Ray. de sen
tentia precepti diffinitiõis ꝛ excõicationis ca. xxiiij. di.
In apicibus iuris vbi dubitãt etiã sapiẽtes excusabi-
lis est ignorãtia. Unñ si aliq̃s bona fide partẽ illam vel
illã elegerit: nõ debet sup hoc ↄscientiã habere nimis
scrupulosam. Itẽ idẽ Guilh. vbi supra in materia de
decimis recitãs duas opiniones dicit q̄ illa p̄ma opi-
nio. s. q̄ ãtiquas decimas sine pctõ in feodis retinere

possunt layci: ꝛ quod ad heredes transeant benignioꝛ est. ꝛ iō magis āplectēda. Itē reperi in libris veterib⁹ oꝛdinis nostri pdicatoꝝ respōsa plura q̄ data esse videtur a dn̄o Alber. eo adhuc viuēte: q̄ sic sonāt. Item dicit idē ꝙ frater simplex vel qlibet homo cū salute pōt sed in ꝯsilijs quācūq̄ opinionē voluerit. dūmō alicui⁹ magni doctoꝛis opinionē sequaꝛ. Idē in sentētia alibi reperi ab eo dictū foꝛe in scriptura silere. Patet igiꝛ ꝓpositū ex antiq̄s satis tā theologis ꝙ iure peritis.

ℭ Capitulum.xij. pꝛobat idem auctoꝛitatibus magis modernoꝛum doctoꝛum.

Probatur idem similiter auctoꝛitatibus modernoꝝ theologoꝝ famosoꝝ. Nam ad idem Goffri. de fon. quodlibet. ix. q. xvi. Ubi querit an confessoꝛ teneatur facere cōscientiam de peccato de quo cōfitens non videtur habere conscientiā. Et dicit ꝙ si quis cōfitens non habet conscientiam de aliquo actu quē cōfessoꝛ opinaꝛ esse peccatū puta de vitalicijs de multitudine beneficioꝝ ꝛ similibus quādo cōfitentis talis opinio non procedit ex pꝛoteruia sed ex ꝓbabili ratione: debet eum confessoꝛ generaliter in foꝛma ecclesie absoluere. maxime confessoꝛ oꝛdinari⁹ nisi esset peccatum tale ꝙ certū et manifestum esset cōmuniter illud peccatū esse nec de hoc sint opiniones cōtrarie que ab ecclesia tollerantur. Sed non si sit manifestum ꝛ quādo circa hoc sunt sapientū opiniones contrarie: tunc ꝓponere debet cōfitenti ꝙ bene studeat de hoc seipm per prudentes infoꝛmare. q꞉ talia contra hoc dicūtur. Maxime tamen hoc debet facere si ip̄e confessoꝛ sit illius opinionis ꝙ hoc sit peccatum. Concoꝛdat etiam in pꝛincipali Bernar. claromōtensis in replica contra Goffri. eadē. q. dicēs. Si sunt opiniones iter magnos

dicentes ꝙ peccatum est. Alij vero dicunt ꝙ non: tūc debet in tali casu cōsulere aliquos de quoꝝ iudicio cōfidit. ⁊ secundū consilium discretorū facere et peccatū reputare vel nō reputare. Ex quo eñi opiniones sunt inter magnos ⁊ ecclesia non determinauit alterā partem teneat quā voluerit. dūmodo iudicium in hoc resideat propter dicta eorū saltē quos reputat peritos. Ibidem tamen addit cōtra Gof. ꝙ non refert an confessor sit ordinarius vel non: dūmodo habeat auctoritatem audiendi talem. Pari modo respondet Pe. de pal. super. iiij. di. xvij. ad similē. q. d. Si confessor dubitaret vtrum illud de quo alius nō peniteret esset mortale/ ⁊ iste sibi diceret ꝙ de consilio peritorum illud faceret de quibus ex vita et conscientia probabile esset ꝙ non consulerent nisi bene potest se illo iudicio conformare. secus autem esset si esset certus de opposito. Cum p̄missis omībus satis concordare videt̄ Henri. de. gan. qd̾li. i. q. xxiiij. d. quedam sunt peccata mortalia non diuina lege expressa. sed iuxta ea que expressa sunt ex industria rationis inuestigari possunt. et talia tenetur magis distincte vnus scire ꝙ alius s̄m psonarum cōditionem ⁊ gradū. ⁊ aliqua magis q̄ alia s̄m ꝙ ad expressa magis appropinquant sicut est in articulorū noticia q̄uis nō sit omniū scire que horū sunt mortalia ⁊ que non. quia delicta quis intelligit. tamen ad hoc tenetur q̄libet ꝙ cum in dubiuꝫ venerit. an aliqd quod faciendū est mortale sit. vt requirat peritiores: aut de ip̄o vt de mortali peniteat vt de ip̄o locum habeat illud Grego. Piarū mentiū est ibi culpā cognoscere vbi culpa nō est. Hec hēri. Nec cōtradicit sibi ibi Bernar. claro. qui cōtra eiusdē magistri Henri. dicta replicauit. Igitur cōsentire videtur. Cōcordat Joh̄ā

nes de cambaco tam in de consolatione theologie lib. xiiij.cap.viij. q in questionibus de culpa et gratia.d. in de consolatione. In dubijs bonorum virorum vita alijs viuendi debet esse regula. Est igitur respiciendu ad facta bonorum virorum et discretorum. et si plures tales vel in pluribus casu tali eis occurrente sic / vel sic se habere inuenires aut estimatione tua iudicares: tunc et tu similiter agere non formides. Dicis forte in contrarium. tales viri et si bonam habent conscientiam non tamen scientiam habent circa illam materiam vel econuerso/habent scientiam/ non tamen conscientiam vel si scirem q vtrunque haberent forte sic non facerent. Sed respondeo quando non est omnino certum probabile tamen est/et modicum dubium q simul scientiam habet et bonam conscientiam et q ita se haberent si casus tales eis occurrerent tamen pro excusatione tua noueris satis esse si similiter feceris. Nempe in moralibus et circa humanos actus non est demonstratio requirenda. Si quis enim certam noticiam in huiusmodi requireret non minus erraret q si in demonstratiuis scientijs de apologis aut argumentis topicis siue persuasionibus rhetoricis contentus esset. Hec ibi. Ad idem est Adam super.iiij.di.ix. pro enodatione etiam scrupulosarum conscientiarum clarius adhuc cum predictis concordando dicit Joh. de erdenberch. nostri ordinis doctor satis antiquus exemplificando in materia comunicandi super.iiij.di.ix.tam in prima lectura q in secunda super sententias. Qui inquit non haberet peccatum mortale tamen crederet se habere. aut credit hoc formiter ita q est quiescens in illa opinione accedendo ad eucharistiam peccat mortaliter. Si autem probabiliter credit se esse in peccato mortali. sed non firmiter nec acquiescit

vt si alicui dure locutus est et cogitat tu peccasti mortaliter. sed tūc statim retrahit se ⁊ dicit intra se nō esse peccatū mortale. nō est verū. ⁊ tñ nō sufficienter potest se retrahere quin sibi occurrat. Dico ꝙ in tali casu bene pōt accedere tñ semꝑ retrahēdo opinionē suā. quia enī de⁹ nō exigit ab hoīe īpossibile ⁊ nō pōt se retrahere ergo pōt bñ accedere tñ sꝑ retrahēdo opinionē suā. Similiter idē dicit in lectura sua pͥma in exēplificādo de fractione silentij in religioso. Iste inquit qui nō acquiescit in credulitate sua sed quasi in quadam timiditate timet se habere aliquod peccatum quo efficiatur indignus ad receptionē eucharistie. Sicut si non credat simpliciter esse mortale loqui ī claustro. sed timet ꝙ frequentia aliquo modo potest esse mortalis et ipse frequenter in claustro locutus est. ⁊ tamen non simpliciter credit hoc esse mortale sed timet: talis non peccat. imo etiā ꝗlibet cū quodam timore debet accedere ad hoc sacramentū reputans semꝑ se esse indignū facta tñ diligēti a discussione in conscientia sua. hec ibi.

¶ Capitulum. xiiij. ostendit idem rationibus.

Secūdo modo ꝓbatū est auctoritatib⁹ doctorū ꝙ nō quodlibet dubiū facti sufficit ad causandū peccatum mortale. quando quid agitur illo dubio stante nec quodlibet dubiū iuris. Nūc quidē ꝓbatur rationib⁹ ꝑtim cācellarij tractatu de ꝯtractib⁹. nā in casu decretalis extra de sen. ex. inquisitione. Si vxor īcipiat per nouā īformationem dubitare an attineat viro suo in gradu prohibitio quo dubio stāte petat vir debitū quid tūc aget vxor. Si enī negat: est in periculo trāsgressionis iniuste spoliādo virum corpore in quod ius habet. si vero attineat viro suo ⁊ cōcedat: est in periculo mortalis luxurie. Respōdet enī vbi supra papa Innocen-

tius.iij.q si scit impedimentũ nec reddere debet nec exigere: etiam si excõmunicaretur. Si aũt nõ scit pro certo sed credit esse impedimentũ: tunc aut conscientiam habet ex credulitate probabili et discreta. Quis non euidenti et manifesta: tunc debitum potest reddere. sed non debet exigere ne in adulterio vel contra legem coniugij / vel cõtra iudicium cõscientie cõmittat offensam. Aut conscientiam hab; ex credulitate leui vel temeraria: tunc ad sui pastoris consiliũ cõscientia tali expulsa licite potest exigere et reddere. Et glo. su per verbo ꝓbabili querit. Sed quid dices probabile? Respõdet: puta quia vidit virũ super cõsanguineam suam in locis suspectis / in hora suspecta solũ cu; sola ante matrimoniũ. huiusmodi presumptiones probabilem inducunt credulitatẽ / vel quia publice dicitur ab oĩbus. Ad hoc facit de presumptionibꝰ trito. et ca. litteras. Similẽ etiã casum tangit magister in.iiij.d. xviij. et sanctus Tho. in questionibus ibidẽ litteralibus: vbi sic dicit. Quid mulier faciet / q̃ virũ in aliena terra defunctũ putat ⁊ aliũ duxit: quid inq̃ faciet de reddendo debitum secũdo viro. Respondet magister in textu q excusatur si careat obprobrio male voluntatis. Tho. ibi et pe. de ta. et pe. de pa. et albertus distinguunt precise sicut in precedenti casu Innocentij. Ex quo oportet q non omne dubium vel scrupulus quisq; liget sic q non possit quis facere contrarium. ¶ Secundo probatur propositum principale. Ponatur enim casus qui est creberrimus q dubiũ sit apud doctores aliquos ex vna parte q aliquid debeat agi: dicentibus alijs in numero pari contrarium q oppositum fieri debeat. Nam hoc in facto scismatis cõtendentium de papatu sepe fuit. Nunq̃d tunc scrupulus

quilibet aut dubium habentem ligat ad causandum mortale peccatū? nemo hoc asserit: sed obediēdum est vt in dubio superiori dictū est. ꝛ ꝓbabit ca. xvij. ꝛ ꝓbatū est supra ca. ix. ¶ Tertio ad idē. Non plus nocet homini errare in articulo fidei / q̄ nō est declarat⁹ adhuc ab ecclia ꝙ sit articulus de necessitate credēdus: q̄ nocere possit actus moralis contra aliquod agibile ꝑpetratus: qui actus nō dicit̄ esse certus ex scriptura aut determinatione ecclie ꝙ sit illicitus. Patet hoc quia fides est tam necessaria sicut morales virtutes si non amplius. sed cōstat cōmuniter apud theologos ꝙ in materia fidei dū doctores sentiunt contraria licitum est ante determinationē ecclie sepe tenere vnaꝫ partē vel alterā sine periculo peccati vel fidei: vt pꝫ in abbate Joachin qui tenebat cōtrarium magistro sentētiarum pro quo ecclia postmoduꝫ determinauit. extra de sancta trinitate ca. dānamus. Nec tñ dictus Joachin in heresim incidit / aut ꝑfidiā. ꝓpter hoc vt ibidē tangitur: qꝛ dicta sua omīa subiecit correctioni ecclie cui obedire paratus erat si aliter determinaret sicut ꝛ determinauit. Igit̄ a simili licet vnam opinionē etiā in aliīs moralibus tenere iuxta limitata superius ꝛ limitanda inferi⁹ vbi saltē magis sapiētes sentiunt cōtraria: et vbi quis paratus est obedire ecclie et scripture si ei errorē explanauerit. ¶ Quarto patet idem in materia insolubiliū: vt si titius iuret se accepturū Bertam in vxorem / si primū verbū qd̄ dixerit fuerit veruꝫ et nullomō accipiat si dicat falsum. Tunc dicat Berta hanc solī ꝓpositionē: tu nō accipies me in vxorem. Querit̄ quid aget Titius? Si enī non accipiat / periurus est: qꝛ Berta dicit verū. Hec tamē sunt relinquenda logicoꝝ exercitiīs. Et concludendū est ex predictis

oibus q probabilis certitudo sufficit in moralibus vt non exponat se qs periculo: vt sicut dicut doct. de celebrante missam/ 7 similib9 vbi reqritur status gratie q sufficit probabilis coiectura: qr certitudo alia sine reuelatione no habetur prout in moralib9 dicit Aristo. Sumendu esse certitudine figuraliter 7 grosse: q certitudo non remouet oem improbabilitate vel opinione alteri9 partis: licet magis declinet ad ista q ad aliam qd sufficit. Verba sunt pene p totu cacellarij in tractatu de otractib9. ¶ Quinto. na fm philosophu falsum sepe est apparete pbabilius q veru. qd est ergo q aliqui ita statim auditis argumentis credere volunt qd audiut: aut dubitare vbi pri9 no dubitant. Non itaqz oportet semp terreri quando aliquis sentit vel aliqui tenet contrariu vni9 opinionis: que a sapientib9 tuta iudicatur etia si no tutior appare t. Ex pmissis pterea duob9 capitulis seqtur q inter cotrarietate opinionu eliges vnam parte: tuc secur9 esse videt in pscia. Primo si opinio qua seqtur no est euidete otra sacra scripturam vl determinatione eccl'ie. Secudo si sciat per se vel p aliu cui credit pbabiliter rationes cotrarias soluere quas videt/ aut si sciat eas alios prudetes cotenere/ aut abijcere: vt latius docebit infra. ca. xviij. Tertio si cotentatur in certitudine ciuili vel morali: vt infra tangetur. Quarto si mente habz q determinationi eccl'ie i casu quo declaretur p eam velit acqescere: et in materia que est preiudicialis tuc restituere vel satisfacere. Quito si sibi pro tali opinione format pro posse bonam conscientiam.

¶ Capitulum. xiiij. per quinqz conclusiones et p alia manifestat que certitudo sufficit i morali materia no se committendo periculo.

Restat pro declaratione hui⁹ materie que certitudinem moralē tangere dignoscitur quasdam cōclusiones ponere Cancella. ¶ Quarum prima sit ista Dubitans de aliquo an sit peccatum mortale ꝛ stante illo dubio agens tunc peccat mortaliter et discrimini se cōmittit/quando dubiū illud est vehemēs/aut magis/aut eque saltē inducit mentem credere ꝙ est mortale illicitū: sicut quod est licitu₃. De illo enim potest intelligi illud eccle.iij. Cor durum male habebit in nouissimo: ꝛ qui amat periculū in illo peribit. Secus autem est vbi plus inclinatur quis. ꝛ iudicat ꝙ est licitū ꝙ illicitum: ꝙuis non habeat vsquequaꝙ certitudinem euidentē/aut fixam. quia nec hoc requiritur: vt patebit. ¶ Secūda conclusio. Non omnis deliberans agit ex deliberatione sicut non oīs ignorans aut contēnens agit ex ignorantia/vel contēpti. Potest enim aliquis ꝓgredi in actum primorū mortuū actu deliberat quid agendum: non tamen ex deliberatione aget sed effreni appetitu/ꝛ motu passionis. Dicitur autem aliquis agere ex aliqua causa/quando si non esset illa causa ipse ab agendo cessaret: accipiendo agere large prout ad obmittere extēditur. Hanc conclusionem posui ꝓpter quosdam timorate ɔsciētie: q̄ quādo agunt ad extra vel loquuntur aliquid contra quod murmurat interior imaginatio/vel cogitatio: putant ꝙ tunc semꝑ exterior actus procedat ex deliberatione/ quod non est verum. ¶ Tertia conclusio qui inter diuersorꝫ opiniones doctoru₃ fluctuat: si vult aliquid in eadem materia secure agere: debet certus esse illud esse bonum: nec virtuti contrariam. sed multum refert qua certitudine. sufficit nempe certitudo moralis qualem notauimus/et sequenti capitudo pl⁹ declarabitur: vt

scilicet vel non sit quis in peccato dũ facit quod in eo est: aut saltẽ peccatũ nõ incurrit nouũ p̃ temeritatem exẽplum imediate patebit de celebrando/cuius ratio est: q: tota est ex diligentia preparationis excusatio. ¶ Quarta igitur cõclusio ponitur ꝑ exemplo in materia cõmunicandi vel celebrandi: vbi req̃ritur status gratie ⁊ carentia peccati mortalis. Conclusio igit̃ est ista. Non omnis scrupulus/aut dubitatio de peccato mortali/neq; oĩs indeuotio/aut deordinatio/ aut non attẽtio ipediunt de necessitate celebrantis dignitatẽ: patz. q: certitudo moralis de qua dicet̃ que sufficit cõ patitur secũ vacillationẽ quandã animi/aut hesitatio nem/aut suspitionem seu scrupulos: ꝗ homo non sit sufficienter dispositus/aut ꝗ impedimento ligat⁹ sit. ¶ Quinta conclusio. Ad digne celebrandum et absq; temeraria presumptione ⁊ imputabilitate ad nouum peccatũ non requirit̃ certitudo euidẽtie sup celebrantis dignitate: sed sufficit certitudo moralis. patz quia tũc nullus ꝗ̃tũcunq; purus et iust⁹ deberet celebrare nec hoc posset absq; discrimine si ei non fieret reuelatio specialis. Ubi dicit ꝗ certitudo triplex est in genere/vna supernaturalis/altera naturalis/tertia moralis seu ciuilis. Certitudo supernaturalis ita se habet ꝗ non stat aliquem sic assentire ⁊ falli: ⁊ hec certitudo diuiditur. q: quedam est euidentie clare/et intuitiue in patria beatorũ. alia euidentie reuelate in prophetarum illustratione. ⁊ alia est solius adherentie in speculo et enigmate que nõ euidẽtie rationis innititur: sed auctoritati diuine qualẽ certitudinem fides habz et prestat in cordib⁹ fidelium. Hec rectitudo oĩbus fidelibus dum in via peregrinantur cõuenit. quos tanta certitudine ne dũ duodecim articulis fidei: sed toti

ſacre ſcripture neceſſe eſt credere actu vł habitu expli
cite vel iplicite. Alioqn dubi⁹ in fide infidelis eſt: quã
certitudinẽ martyres adeo habuerunt vt prius relin-
querẽt vitam ꝙ fidem. Eſt enĩ quelibꝫ trium ſupnatu
ralium certitudinũ tanta: ꝙ ꝑ nullã potentiã etiaꝫ di
uinã ⁊ abſolutã fallax eſſe poterit / alioqn de⁹ negaret
ſeipm̃. Porro naturalis certitudo ſe hꝫ ita ꝙ nõ ſtat
ꝑ naturam aliquẽ taliter aſſentire / ⁊ falli aſſentiẽdo:
quã philoſophi poſuerũt nobis poſſibilẽ in p̃mis pꝛĩci
pijs ⁊ ꝑ ſe notis: cognitis ſcꝫ ex ſola apprehẽſione ter-
minorũ vt ꝙ quodlibet eſt vel nõ eſt ⁊c. poſuerũt etiaꝫ
in ꝯcluſionib⁹ demõſtratiuis: ⁊ in conſequẽtia euidẽti
deductis ꝑ talia p̃ncipia / queãdmodũ dixerũt mathe-
maticam ſciam eſſe certiſſimã. Certitudo vero mora-
lis ſeu ciuilis tãgit̃ vna cũ p̃cedẽti certitudĩe a philo-
ſopho in ethic. ſuo p̃ncipio cui⁹ ſententia hec eſt: diſci
plinati eſt in vnaquaqꝫ re certitudinẽ q̃rere iuxta exi
gentiã materie. Eque enĩ viciosũꝫ eſt inq̃t ꝑſuadentẽ
q̃rere mathematicũ / ⁊ moralẽ demonſtrantẽ: nõ enim
cõſurgit certitudo moralis ex euidẽtia demonſtratio-
nis: ſed ex ꝓbabilib⁹ cõiecturis groſſis ⁊ figuralibus:
magis ad vnã ꝑtem ꝙ ad alteram. Dicit̃ aũt ꝓbabile
qđ plurib⁹ ⁊ maxime ſapiẽtib⁹ apparet verũ. Ex ante
habitis ſeq̃tur ꝙ in humanis agibilib⁹ que tantã ha
bent varietatẽ dicẽte Ariſto. et teſte experiẽtia ꝙ viſu
magis ꝙ arte cõſtare videant̃. ſufficit tertia certitudo
qualis nõ ſemꝑ oẽs ſcrupulos abijcit ſed ſufficit vt cõ
tẽnat eos vel ſuperet eos ſic operando / quaſi nõ ſint:
vt clarius oſtẽdetur infra ca. xviij. Sufficit igit̃ certi-
tudo talis qualẽ in materia morali cõſueuim⁹ expete
re et capere q̃ certitudo appellat̃ moralis ſeu ciuilis.
Ad hanc itaqꝫ certitudinẽ moralẽ ſufficit vt plurimũ

q̄ homo exēpli gratia accedens ad missam discusserit cōscientiā suā sicut fecisset ꝓ magna re lucranda: aut incōmodo graui deuitando. ⁊ q̄ nō sit sibi cōscius post hanc discussionē de peccato mortali cū proposito non peccandi mortaliter: q̄ insuper non noscat se aliquod impedimentum legitimū per excōicationē aut credulitatem habere. Cōsentio itaqȝ in hoc cum Durando iiij. sententiarū. d. iiij. q̄ talis ⁊ si esset in peccato mortali nesciēter / nec de eo expressam ageret cōfessionem reportaret vnū ex duobus aut remitteretur sibi tale peccatū virtute sacramenti: q2 videtur facere quod in se est ad ei⁹ deletionem. Non enī deus requirit vltra posse / aut fieret sibi diuinitus illustratio ⁊ recognitio sui peccati: quatinus per penitentiam illud dilueret queādmodū multis contingere ꝓbatissimum est / qui in initio sui sacerdotiū in rememorationē redeūt plurimorum ⁊ occultissimorum peccatoꝝ. Similem inueniunt gratiam illi qui nouiter ad frugem melioris vite se toto corde preparant.

¶ Capitulum. xv. quibus viis quis ad talem certitudinem venire possit ostendit.

Sed queritur ex quib⁹ doctrinis colligitur talis certitudo moralis? Respondetur ibidem q̄ principaliter ex vno trium modorum quorū vnus ꝓuenit ex alteri⁹ auctoritate / aliter ex ꝓpria eruditione / tertius ex experimētali cōsuetudine. Sub primo viuunt insipientes et animales. Sub secūdo ꝓficientes et rationales. Sub tertio perfecti ⁊ spirituales. Consonat philosophus tradēs tres huiusmodi maneries ad doctrinam inueniri. ¶ Quart⁹ modus addi potest videlicet ex gratia gratis data qua q̄dam faciliter agenda concipiunt ⁊ scripturas: vt Augustinus / intelligunt.

Quintũ autẽ genus desperatũ est ad doctrinã: q̃ neq̃ doceri possunt/neq̃ docentibus assentire volũt. tales sunt discoli plus q̃ multa ex brutis que per humanã domanẽ industriã: vt canes/eq̃/simee/ τ aues alique. ¶ Quo ad primũ modũ multi sunt q̃ p alios erudiun tur recipiẽtes ab eis intelligẽtiam scripturarũ/aut si nequeũt credunt saltẽ dicẽtibus τ obediũt: puta q̃ re ligionũ instituendaꝝ p̃ncipalis causa fuit auctoritas τ regiminis cui magis obedientia p̃staret̃ q̃ proprie ra tioni / que in plurib⁹ dubia valde est debilis τ incerta preualere. Similiter habꝫ hec auctoritas respectu iu niorũ quorũlibet ad magistros seu parentes: q̃m iudi ciũ ꝓprie rationis vel nullũ vel iperfectũ habẽt. Hec Pytagore schole seruabant. Sic iubet dñs dicẽs. Jn terroga patrẽ tuũ τ dicet tibi maiores tuos et annun ciabũt tibi. Maiores ĩtellige q̃ multis expientijs eru diti sunt in agibilib⁹ humanis quorũ iudicia Aristo. tradit esse recipienda tanq̃ principia ꝓpter multa vi disse. Extenditur hoc ad eos q̃ respectu diuinorũ pro pter cõsuetudinẽ exercitatos habẽt sensus: quales iã in solitudine sibi viuere sufficiunt. ¶ Quo ad scd̃m do ctrine modũ per quẽ sumitur in agẽdis sufficiẽs τ mo ralis certitudo: que oritur ex p̃ma eruditiõe talis nu tritur ex sacre scripture studio ex vita debita theolo gorũ: ex ingenio eleuato/ ĩtuitu iuridico/ τ ex cõsidera tione circũstantiarũ particulariũ. Ex sacre scripture inq̃ studio quale suadet sapiens eccle. iij. d. Que tibi precipit deus hec cogita semp: τ in plurib⁹ operibus eius ne fueris curiosus. semel eñ in scripturis suis lo cutus est deus/ τ id ip̃m nõ repetet: quoniã sufficiẽter erudiũt τ cõsulunt. tantũmodo releganẽ puro fideli τ integro corde/ non obstante q̃ maliuolis τ incredulis

tenebꝛosioꝛ inde nascitur erroꝛis caligo: vt in heretiꝛ
cis liquet ⁊ vicia sua ꝑ scripturã defendẽtibꝰ. Nutrix
diri ex vita debita theologoꝝ. Est autẽ theologus vir
bonꝰ in sacris litteris eruditꝰ. sicut etiã ſm Ciceronẽ
oꝛatoꝛ describitur: vir bonꝰ dicẽdi arte peritus. Non
quidẽ de theologi dico eruditione solius intellectus/
sed multomagis affectꝰ: vt ea que per theologiã intel
ligit: traducat per iugẽ ruminationẽ in affectũ coꝛdis
⁊ operis executionẽ: quatenꝰ sapiẽtia scḋm nomẽ suũ
sapida sit in bonis suauiter ⁊ iocũde in malis tristabiꝛ
liter ⁊ acerbe: alioquin tales instar vꝛie ferũt litteras
dãnationis sue. dant aduersus semetipsos ex oꝛe pꝛoꝛ
pꝛio iudicium plusq̃ inficiũt exemplo vite q̃ instruũt
verbo doctrine. Ex ingenio etiã nutritur eleuato stuꝛ
dio iuridico. Si enim de q̄bus loquimur non ita in so
lis constitutionibus ⁊ decretis memoꝛiã suã debent fi
gere: vt quoꝛũdã mos est/quin exerceãt intellectũ raꝛ
tionẽq; cõsulant ex q̄bus pꝛincipiȷ̃s vel moꝛalibꝰ / vel
theologicis oꝛiginantur huiusmodi cõstitutiones. q:
sic collustrabũtur lumine pꝛimoꝝ pꝛincipioꝛũ. ꝙ si vel
nolunt vel nequeũt: credãt vel illustratis. Recogitẽt
insuper pꝛestantiam humane conditionis q̃ ad hoc cõ
dita est: vt totum sensibilem mundũ quia deo pꝛogreꝛ
diens continuo fit vilioꝛ in suis partibꝰ: quo a deo lõꝛ
ginq̄oꝛ: ꝓut in elemẽtis patet. ⁊ solis ⁊ lune lumẽ ⁊c̃.
Rursus per sensuum poꝛtas ingrediens impꝛimendo
species suas ⁊ simulachꝛa per intellectum agentem a
coꝛpoꝛalibus fantasmatibꝰ spiritualiter factis reduꝛ
cantur in pꝛimũ pꝛincipiuꝫ. Sed sunt non cõmẽdandi
quidam moꝛales q̃rẽtes certitudinẽ quos ex doctrina
nullũ lumẽ rationis mouet ad assensum cuiuscũq; agi
bilis tantummodo eis satis videtur si poterint dicere

hoc scriptum est. hoc talis doctor in scriptura sua sen-
sit: hoc alius ita posuit. tales similes sunt aspiciētibꝰ
solum splendorem solis in montibus verso ad solem
dorso quos nullus sufficit digitus ostendentis attolle-
re. qꝛ deorsum oculū mergere soliti sunt/ vbi non aspi-
citur sol nisi circūuolutus caligine. Est enī natura lu-
cis: nedū sensibilis sed etiā itelligibilis. vt q̃to lōgiꝰ
ab origine protenditur: eo fiat debilior crassior/ et ob-
scurior. lumen igitur veritatis prefati recipiūt circū-
uolutū veluti quadam humane traditionis caligine
Et intuitu insuper nutrit̄ iuridico. qꝛ quando venien-
dū est ad agibiliū tractationē: oportet rursum in infe-
riora respicienda descendere. alioquin fallerentur isti
ad precedentes p cōtrariū si principiorum lumē habe-
rent: a deo ꝙ conclusionū visiones obmitterēt: exēplo
astronimi cadentis in foueam dum ambulās respicit
astra. Perfectus igit̄ esset qui cū iurista foret theolo-
gus quales fuerunt primi doctores ex quorū sentētiis
decretales decretaq́ꝫ cōpacte sunt. Postremo nutri-
tur ex circūspectione circūstantiarum particularium
Infinitam enī difficultatem habet negocium morale
dum ꝑsequi queritur quia nō sufficit intelligere quid
verū sit. et quid rectū sicut cadit sub arte tradere: sed
particulatas circūstantias que variabiles sunt: neq́ꝫ
sub arte neq́ꝫ sub doctrina veniunt circūspicere neces-
se est. Igitur videant etiam in primis statum reipubli-
ce cum moribus eam regētium vt scilicꝫ iuxta soceri
moysi consilium sint viri potentes timentes deum. in
q̄bus sit veritas ⁊ qui oderint auariciā. neq́ꝫ sit apud
eos personarū acceptio. nec inconstantia neq́ꝫ cōsiliū
deprauatū. Alioquin non exibit ex eis iudiciū rectum
q̃tūcunq́ꝫ fuerit postulatū nisi prouideret ex alto deꝰ

qui per pueros per iniquos ꝓ bruta ⁊ ꝓ demones exercuit sepe iudicia iusta ⁊c. Verū q꞉ infinita vni accidūt eo ꝙ circumstantie infinite infinitis modis variari possunt:nec per cōsequens sub arte cadunt aut eruditione doctrinali. Idcirco de eis obmittimꝰ loqui. Nam ꝓpterea moralis certitudo sub vita regula tradi non potest q̄ sufficiat in omni casu cōscientiā agētis reddere securā se nō deliquisse. qd ex euētu rerū solet perpēdi sepius. Ideo etiā ꝯstituti sunt in figura tres ciuitates refugij fides:spes:charitas ꝯtinētes penitētie lauacrum ⁊ imunitatis asilum quatinus pax ꝯturbata per ea que se fecisse formidat homo consoletur ⁊ reformetur. Verba sunt per totum Cancellarij.

¶ Capi.xvi. soluit argumenta terrentia timidas cōscietias ⁊ declarat quō spes cuꝫ humilitate haberi debeat:tam quo ad cōsciētiā de preteritis ꝙ de futuris

Relucet ex pretactis quō argumenta scrupulosos terrētia faciliter sunt solubilia. Namqꝫ quidam eorum terrentur ex regula magistrali que dicit ꝙ faciens contra dubium incidit in peccatum scdm illud eccle.iij. Qui amat periculum peribit in illo. quibus responsum est per cap̄.xi. Alij obijciunt dicentes. Tutior via est eligenda. q̄bus responsum est ca.xiiij. Non enim oportet semper tutiorem viam eligere. quia stat aliam esse tutam que eligi potest. Tutiorem enim viā eligere est consilij:non precepti. alias enim oporteret multos ingredi religiones sacras. in quibus tutiꝰ viuitur ꝙ in seculo. Non sic est sed sicut diuerse vie tendunt in vnā patriā terrenā quarū q̄libet tuta est: et tū vna tutior alia:sic etiā ad ciuitatē celestis patrie multis vijs ꝑuenitur tutis quaꝝ vna tutior est. alia scdm illud psal. vniuerse vie domini misericordia ⁊ veritas

ſed requirētib⁹ teſtamētuꝫ ei⁹ ⁊ teſtimonia ei⁹. Alios terret vbū Augu. dicētis. Tene certū ⁊ dimitte incertū. qḋ quidē verū eſt. ſed q̄ certitudo ſufficiat habituꝫ eſt p̄cedēti capitulo. Hec auctoritas Auguſt. p̄fata eſt dicta de quolibet dubio: ſed ſolū de illo. in qḋ quis ſe ponit qui ſanus male vixit. ⁊ iā moriturus in īfirmitate penitētiam primo poſtulat. an talis habeat veram cōtritionē vel nō / quē peccata dimiſerunt: nec ipē peccata dimiſiſſe videt̄ ⁊ qui vltra peccare nō poteſt hoc eſt dubiū de tarde penitētie. ⁊ nil aliud vult Augu. vt patꝫ tam ꝑ magiſtrū in. iiij. di. xx. vbi dictā auctoritatē allegat. ⁊ ſumitur ex quodā ſermone Auguſti. de penitentia cuius initiū eſt penitētes. vbi ſic de morituro dicit Due res ſunt: aut ignoſcit̄ tibi aut nō ignoſcit̄. qḋ horum tibi futurū neſcio. igitur tene certū ⁊ dimitte incertuꝫ. Alij pro ſe allegāt ſanctuꝫ Thomā qui quomō intelligēdus ſit ſatis dictū eſt ca. xi. Alij beatū Greg. adducūt. dicentē in epl̄a ad Auguſtinū anglorū epiſcopum. Bonarū mentiū eſt ibi agnoſcere culpā: vbi non eſt. Sed ad illud reſpōdet beat⁹ Tho. xxij. q. xiiij. arti. Dicendū inquit ꝙ ad bonitatē mētis ꝑtinet vt homo ad iuſticie ꝑfectionē tēdat. et ideo in culpā reputat nō ſoluꝫ ſi deficiat a cōmuni iuſticia quod vera culpa eſt: ſed etiā ſi deficiat a iuſticie perfectione qḋ quandoqꝫ culpa nō eſt. nō autē culpā dicit qḋ pro culpa recognoſcit. quod ad yronie mēdacium pertinet. Hec ille. Conſiderant allegantes prefatā auctoritatem qḋ glo. ſuꝑ verbo agnoſcere dicat. Ad declarationem eius verbi vt nouimus dicit. qḋ q̇libꝫ poteſt ſe dicere peccatorē: dum tamen nō credat contrariū. Et ſi obijcitur illud Auguſt. de verbi. apl̄i ⁊ ponitur. xxij. q. ij. Cum humilitatis cauſa mentiris: ſi nō eras peccator anteq̄ mē-

tieris mentiendo efficeris quod euitares. Respondet glo.ibidem q̄ nō cōtrariat August. Grego. q: in genere potest quis se dicere esse peccatorē. quia nemo sine crimine viuit. Item aduertant quid glo. aliorū theologorum dicat super verbo agnoscere scilicet agnoscere id est formidare exēplo Job qui verebatur omnia opera sua. Unde cancellarius super eadem auctoritate dicit. agnoscere inq̄ nō per assensum firmū. hoc enī stultum periculosum q̄ fieret. sed sic doleat ꝛ peniteat homo postmodum: quasi veraciter in culpa teneret. Un de eccle. v. de ꝑpiciatu pctōꝝ. noli esse sine metu. Cuꝫ igitur allegatur illud beati Grego. Bonaꝝ mētiū est ibi culpam agnoscere ꝛc. Uidendū quatinus sic agnoscatur culpa: vt nō indiscrete impediatur operatio iusta. Et q: quidā multū scrupulosi sunt de reb⁹ agēdis aut dimittēdis de futuro: de qb⁹ iam p̄ncipaliter plura dicta sunt. Alij vero scrupulosi sunt de actibus p̄teritis. Jdcirco de eis dē notat qui supra q̄ qlibet debet ꝛ potest se veraciter peccatorem estimare. q: in homine duo sunt. quedaꝫ que habet homo a se videlicet esse de nullo. ignorare de pluribus. habere infectiōes omniū potentiarū que ad peccatum sunt prone nimis vulnera insuper anime. habit⁹ viciorū ꝛ peccata forte actualia. quia nullus sit an sufficienter cōtritus sit super eis. ꝛ an in agendis aut dimittendis plurimū erraverit. similia multa defectuosa in nobis sūt. Alia sūt que habet homo a deo soluꝫ. vtputa essentiam anime nobilissimā cū suis potentijs. virtutes infusas ad minus fidei ꝛ spei / ꝛ sacramentoꝝ caracteres. imo immediate a deo plus q̄ alia creatura habet corpus ꝛ bona fortune. ꝑpter priora bona potest et debet se homo in iudicio ꝯsciētie peccatorē timere / ꝛ veraciter accusare

non tamen firmiter credere ⁊ sententiare ⁊ si fecit q̄d in se est. Exẽplo apostoli qui dicit.i.thi.i. Uenit deus peccatores saluos facere/quorū primus ego sum. Iustus eni in principio accusator est sui.quis gloriabitur mūdum cor se habere?quis dixerit innocens et mundus ego sum?quis non constitutus sub iudicio dei terribilis in consilijs super filios hominum non trepidauerit. Propter quod afflict⁹ Iob ait. Uerebar oīa opera mea sciens quia non parcis delinquenti. Et iterum. si voluerit mecum contēdere:non potero respōdere vnum pro mille. Cui cōformis est oratio illa ecclesia. Non intres in iudicio cum ser. tu. ⁊c. Iterum. Si iniquitates obseruaueris domine:domine quis sustinebit. psal. Humilis etiam ysa. ait. Omnes iusticie nostre quasi pānus mēstruate. quis igitur iusticias suas velut glorificabūdus ostentauerit deo plus q̄ pannū confusionis sue mulier viro? Quem deniqꝫ non exterruerit apostoli verbum dicentis. Nihil mihi conscius sum. sed in hoc non iustificatus sum. Causam reddidisse sapiens videtur cum ait sapien. ix. Cogitationes mortaliū timide ⁊ incerte prouidentie nostre. Et Hiere. xvij. prauuꝫ est cor hominis et inscrutabile. quis cognoscet illud? Ego inquit dominus scrutans corda et probans renes. Scio etiam inquit apostolus Ro. vij. q̄ non habitat in me:hoc est in carne mea bonum. Preterea constituat se homo in conspectu tremendi iudicij dei sapientissimi qui omnia videt. potentissimi qui cuncta iuste plectenda nouit. in via tamen ꝓpter bonitatē naturalē patris misericordissimi/ibi cōscientia se quantū pōt ream accuset:ita vt testis fiat ⁊ actor de peccatis singulis. clamet ꝑcordio⁊ vocib⁹. Iste est eq̄ssime iudex hō q̄ iusto tuo iudicio dānādus est. sic etiā

ex rationabilib⁹ scrupulus velut granū ad palea teri tur. ventus ⁊ motib⁹ aqua purificať maritima ⁊ tene bra lucis fugať presentia cuȝ timoris scrupulis īcipit mūdari ꝯsciētia. Vn̄ fit ꝙ aīa que diu agitata est scru= pulorū impulsib⁹/velut acus tacta ꝟtute magnetiue fortitudinis per spem diuine misericordie q̄escere stu deat circa polum diuini auxilij. Spes igiť de infinita dei bonitate talē reū terrore diuini iudicij deiectū eri= gat ne nimis deijciať timor scrupulis: sed de remissio ne cōfidat credendo verbis dei certissimis q̄bus diciť per aplm̄. Si nos ip̄os iudicaremus nō vtiq̄ȝ iudicare mur. In p̄senti enī peregrinationis exilio teste. psal. Apud dn̄m misericordia ⁊ copiosa apud eū redemptio Ignoscat p̄terea īimico suo reus de quo loq̄mur ⁊ cū obseruatione decalogi de pctīs cōterať p̄teritis ⁊ cer= titudinaliter credat: certitudine quā expressim⁹ se ha bere bullas nō summi in terra pōtificis: sed ei⁹ q̄ de ce lo venit. nosq̄ȝ ad patreȝ celestē dicere docuit/dimitte nobis debita nr̄a: sicut ⁊ nos dimittimus ⁊c. Mat. vi. Vbi post dominicā orationem etiā statim subiūxit. Si enī dimiseritis hoībus peccata eorū dimittet ⁊ vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autē non dimise ritis hoībus: nec pater celestis vester dimittet vobis peccata vestra. Certissima deniq̄ȝ non scrupulosa rati= one tenere debet omnis homo viuens: ꝙ sine gratia dei dānatus esset quapropter humiliet se homo q̄ꝫtuȝ poterit/⁊ sibi vilescat ac cōculcet in cogitatione sua. q̄ nō haberet q̄d deo dānanti respondere posset. et quid obijcere dicenti. Amice nō facio tibi iniuriam accipe quod tuuȝ est/⁊ vade. quid est autem tuum nisi pecca tum defectus ⁊ mendatium: quia omnis homo men= dax. ait psalmista. Talem timorē laudabilis scrupuli

habuisse legitur sanctus pater Agaton: qui moriens a fratrib⁹ interrogat⁹ an timeret/ ꝛ an in operib⁹ suis cōfideret: Respōdit In veritate neq̧ timeo neq̧ confido in operibus meis quousq̧ venero ante deū. q̄m alia sunt iudicia dei alia hominū. Et tamē q̄ misericordia superaltat iudiciū dei: spem in se omino ꝑtuz potest actuet. Sunt aūt quattuoꝛ meditatiōes velut tetragonus firmissimus per quas spes in te erigitur. Prima scriptura sacre iussio vt speres. Alia diuine ꝑmissionis si speres. Tertia immense dei bonitatis ne vnq̄ desperes in suis miserationibus. Quarta ꝓprie fragilitatis / ne speres in te vel ꝓpriis viribus. Ut speres in eo/ deus iubet ī mille ꝛ vltra scripture sacre locis. Sic speres deus erit merces tua magnanimis: teste apostolo q̄ dicit. Fidelis deus semetip̄m negare nō potest. Ne desperes. quia infinita est dei misericordia q̄ dicit petro Matth. xviij. Non dico tibi dimittere septies. sed septuagies septies/ id est secundū oīs catholicos totiens quotiens peccare quis poterit in hac vita. Ne etiam in te speres. quia Hieremie. xvij. Maledictus homo qui cōfidit in homine. ꝛ ponit carnem brachium suum et a domino recedit coꝛ eius. Et idem Benedictus vir qui sperat in domīo. Audi quid de se cōfitetur Augustinus li. solilo. Sperabā inquit aliquando in virtute mea que non erat virtus. ꝛ cum sic volui currere: vbi magis credebā mestare/ ibi magis cecidi. factusq̧ sum magis retro q̄ ante. Dicebā enim hoc faciam. illud perficiam. fiebatq̧ nec hoc nec illud. quoniam de meis viribus cōfidebam. Nunc autem confiteboꝛ domīe rex pater celi et terre. quoniam non in foꝛtitudine sua roboꝛabitur vir vt non gloꝛietur ante te stulta pꝛesumptio omnis carnis.

¶Capitulum.xvij. quintam regulam declarat: sꝫ vt quis credat sapientibus ⁊ expertis/ac obedire debeat superioribus in dubijs.

Quinta preterea regula pͥncipalis valẽs ad deponendũ scrupulosam ꝯscientiam est obediẽtie humilis imitatio modis tactis in precedenti capitulo: ⁊ de hoc etiam patuit supra.ix.ca.⁊ parte.ij.ca.vij. Hec norma necessaria est pͨcipue simplicioribus qui ꝓpria adinuẽtione aut studio vel gratia speciali se quietare nequeũt. Deducit hoc tã auctoritate ꝙ ratione: imo exẽplo notabili antefatus. Cãcella. lectione.iiij. libri sui de vita anime. hoc inqͭ vnũ generale dam⁹ documentũ credere videlicꝫ specialiter sapientiorũ ⁊ bonorum iudicio. ⁊ cõtra cõmunes eorũ sententias nõ leuiter sibimet formare scrupulos anxios et timidos. fallor si nõ iubet sapiens ꝓuer.iij. habe fiduciã in dño ex toto corde tuo: ⁊ ne innitaris prudẽtie tue. Et rursus ibidem.xxij. Noli trãsgredi terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Hoc pͨcipue necessariũ est apud religiosos respectu superiorꝝ suorũ. hoc est apud ignaros diuinarꝝ legum. qñ etiã minores ꝙꝙ theologicis litteris ĩbuti/talẽ debent reuerentiã seniorib⁹ in qb⁹ vita cũ sciẽtia cõcordauerit: vt vix ꝓpter alias nouas ꝑsuasiones ꝙtũcũqꝫ apparẽtes ꝑtinax vnꝙ ferat cito cõtra determinationes eorũdẽ assertio. Uirt⁹ quippe qualẽ habent genitã ex multis experientijs longe certior arte iudicat/et operatur. Porro iudiciũ rationis sicut obtenebratur ⁊ luminosa eius radiatio diuersis viciatur apparẽtijs / per interpositionẽ nubilosarum passionũ/⁊ prauorꝝ affectuũ etiam in litteratis. Juxta similitudinẽ solis visi per nubes: sic per paucã instructionẽ intellect⁹ in sciẽtijs pͥsertim diuinis causantur

nonnunq̄ errores in eis/qui se totos duotioni tradere crediderunt dū volūt plus sapere q̄ sibi satis erat. Ad presens etiam inducamus exemplum de medico cui⁹ cōsiliis aliquando parere debemus sub pena peccati mortalis dum ex transgressione sui cōsilij/vel scimus/vel pbabiliter ꝛ vehementer formidamus: nos inebriandos ꝛ consequenter transgressuros legē dei. Narrat preterea autentica predicatorū hystoria que vitas fratrum dicitur. Ibidēq̄ refert venerabilis episcopus vlixionensis prefati ordinis frater: quomodo qdam frater predicti ordinis defunctus post mortē visus est a quodā viuente eiusdē ordinis fratre admodū scrupuloso. Cumq̄ scrupulosus viuus inter cetera de sua a defuncto quereret ꝯsciētia: respondit q̄ vita functus fuerat consule discretos/ꝛ acquiesce eis. Simile reperimus fere in beati Bernar. legenda vbi dicitur Quod inter beati Bernar. discipulos erat quidā tantis inquietatus scrupulis: vt ad celebrandū nullo pacto auderet accedere. Dixit ei beat⁹ Berñ. postq̄ ista percepit vade frater / ꝛ in fide mea celebres. obediuit discipulus: et scrupulus ille omis perpetuo discessit. Sed di. aliquis scrupulosus: vtinam mihi talis esset prelatus qualis erat beatus Ber. Crederem faciliter imperanti. Nunc vero dum superioris mei paruam sapiētiam cōspicio: non audeo meam cōsciētiam ꝛ salutē sue fidei cōspicere. Respōdet Cancellari⁹. Quisquis q̄ ita dicis/et sapis: erras ꝛ desipis. non enī cōmisisti te ꝛ salutē tuam in manus hoīs. quia prudēs aut litteratus plurimū et deuotus: sed quia tibi scdm regularem institutionē prepositꝰ est ꝛ prelat⁹. Quaobrem obedias sibi non vt homini: sed vt deo iubenti. si tamen non contra deū precipiat. Et sepe tanta erit

Notatu digna sequētia.

obediētia tua deo placētioꝛ/tibiq; fructuosioꝛ q̄to est ille indignioꝛ:ꝛ cui ꝓpter deū non refugis subijci. Caueas ad extremū nedū queris securitatē: nec illā adipiscaris/ꝛ in grauē ruas dijudicatiōis ꝛ ꝑsumptionis foueā. Jtē expꝛesse pouit beatus Bern̄.li. de pceptis ꝛ dispēsa. vbi dicit. Si tātopere cauēda sunt scandala pusilloꝝ/q̄to magis pꝛelatoꝝ: quos sibi deus equare quodāmodo in vtroq; dignaꝛ. ꝛ sibimet iputat/ꝛ illoꝝ reuerentiā ꝛ contēptum specialiter cōstans eis. Qui vos audit me audit:ꝛ q̄ vos spnit me spnit. Jn nō deniq; hoc ip̄m regula nostra ꝓhibet vbi ait. Obediētia que maioꝛib⁹ debeꝛ:deo exhibeꝛ. Quāobrē quicquid vice dei p̄ceperit homo/quod nō est certum displicere deo:haud secus accipiēdum est oīno q̄ si bi pꝛeciperet deus. Quid eni interest vtrum per se vel p suos ministros siue homines / siue angelos hoībus innotescat suum beneplacitū deus. Sed hoīes inquis facile falli in dei voluntate de rebus dubijs percipienda/ ꝛ pꝛecipiēda fallere possunt: sed quid hoc refert tua qui conscius nō es:pꝛesertim cū teneas de scripturis.quia labia sacerdotis custodiūt scientiā/ꝛ legē eius ex oꝛe requirunt:quia angelus domini exercituum est. Requirunt dixerim legem nō qualem autentica illa scriptura tradiderit/vel manifesta ratio pꝛobauerit. De huiusmodi quippe nec pꝛeceptoꝛ expectandus/nec pꝛohibitoꝛ auscultandus est. sed quid ita latere aut obscurum esse cognoscitur:vt in dubiū venire possit. vtrum nam deus sit/an aliter foꝛte velit / si non de labijs custodientibus scientiā/ꝛ ex oꝛe angeli dn̄i exercituū certum reddaꝛ. A quo deniq; poti⁹ diuina cōsilia redrentur:q̄ ab illo cui credita est dispēsatio mysterioꝝ dei? Jpsum ꝓinde quē ꝓ deo habem⁹ tanq̄ deū in his que

aperte non sunt contra deum audire debemus. Unde Raymūdus: qui inter iuristas stricte valde videt̄ fuisse ꝯsciētie in sua summa libro. iij. de sentētia ꝑcepti/ et diffinitionis et excōmunicationis sic dicit. Uirtus sine efficatia precepti est quia subditus tenetur de necessitate obedire precepto prelati sui: alias peccat mortaliter. qꝛ ariolus et idolatra dicitur. vbi tamē si precipiat̄ aliquid contra deū: nullo modo est obediendū. qꝛ tunc obedire debet quis magis deo ꝙ hominibꝰ. Si tamē dubitat subditus/ vtrum sit contra deū vel non illud qđ precipitur debꝫ obedire: nisi esset tale quid in quo nullo modo esset excusabilis ignorantia. puta articulus fidei/ precepta vel ꝓhibitiones vel generale statutum eccl̄ie. Ad idem est Goffri. in summa. et ad idē est Henri. de gan. quodli. viij. q. xvi. di. Si esset certum ꝙ preceptū superioris esset cōtra deū/ esset contēnendū: sed in dubio an sit contra deū precepto ꝑlati standum est. quod et si est contra deū/ ꝓpter bonū obediētie non peccat subditus: peccat tamē prelatus. xxiij. q. i. quid culpatur. in fine vbi pulchre per Augustini verba probatur ꝙ subditus excusatur si obedit dn̄o quando dubitat subditus an sit bellum iustum vel iniustum.

¶ Capitulum. xviij. deducit sextam regulam et docet animose pugnare contra scrupulos et quid sit liberū arbitrium argumentum/ voluntas/ ratio et similia.

Sexta ꝑinde regula ad euadēdū inordinatos scrupulos cōscientie est scrupuloꝝ animosa abiectio cum scilicet sunt leues aut friuoli contra efficatiores alioꝝ rationes/ vel cōtra auctoritatē prelati: vbi non est quicꝙ determinatum ab ecclesia / vel in scripturis manifeste contentū: vt supra ca. xi. satis dictū est. Ualēt ad hoꝝ inordinatoꝝ scrupuloꝝ abiectionē ea que

dicta sunt precedēti capitulo. Unde cancellarius tractatu de pollutiōe. Mille surgūt apud aliquos tales scrupuli more canū oblatrantes & lacerare minantes ipsos qui volūt ire p viā dei: quos cōuincere & cōpescere meli⁹ q̄ per contēptum nequius. tantūmodo sit cōtēptus iste timorat⁹ & regulatus/nō absq̄ preuio alterius presertim superioris cōsilio: alioquin timor inordinat⁹ facit casum: aut p̄cipitat incōsulta p̄sumptio. Sunt itaq̄ nōnulli & plures q̄ fortis sunt fantasie qui p̄terea sepe trepidant timore vbi iudicāt nō esse timēdum: tales debēt inniti ꝯsilio superioꝝ & prudentū/et cōtra talē ipoꝝ vacillationē audacter operari / sic enī plerūq̄ vincetur abibitq̄. Qui vero rēnuunt credere superioꝝ et prudentū cōsilio: ad tales scrupulos deponendos & ad agendum ꝯtra eos/errant multipliciter. Primo p arrogantiā & superbiam p̄ponendo iudiciū suū & prudētiam alioꝝ iudicio et cōsilio. Rursus tales vir aut nunq̄ deuotionē habebūt solidam nec pacem cōscientie sue a talib⁹. Ac ꝓinde carebit locus aīe sue hospite illo: de quo ꝓpheta dicit. In pace fact⁹ est locus eius. Et in tractatu de regulis moralib⁹ dicit. Cōsiliū salubre est frequēter agere ꝯtra scrupulos leues et trepidos vitādo eos ad alioꝝ iudiciū: quatin⁹ ex cōsuetudine fiat homo robustus solidus et tranq̄llus in exercitio spirituali. Exemplum in domificatoribus & funibularijs. Ad idē in tractatu suo de ꝯtractibus sic dicit. Probabilis certitudo sufficit in moralib⁹ vt nō exponat se q̄s piculo sicut dicūt doctores de celebrante missam & similib⁹ vbi reqritur status gratie: q̄ sufficit ad hoc probabilis cōiectura. q: certitudo alia sine reuelatione nō habet̄ prout in moralib⁹ dicit Aristo. sumendam esse certitudinem grosse & figuraliter: que

certitudo nō remouet in vna parte oēm ꝓbabilitatē vel opinionem alteri⁹ partis: licet magis declinet ad istam ꝙ ad aliam qđ sufficit. imo scrupulosis et formidolosis cōsciētijs sepe consiliū est in oppositū assidue agere: presertim ex imperio ⁊ consilio doctorum. Hec ille. Ad idem est liber de eruditione religiosorū cuius auctor fuisse videtur Hūberbus q̄ vocat scrupulosos pusillanimes in hec verba. Sepe causa pusillanimitatis est cōplexio quā etiam augent cibi/ex q̄bus humores melancolici generātur/vel augetur etiam ex frequenti actu timendi. auget etiā eam nimiū ieiunium vel nimie vigilie/vel nimia sollicitudo studij/vel alterius modi. Habenti autē hanc tēptationē vtile est vt visionē quā timor ille introducit nō reputet conscientiam: et eoipso visionē suspectā habeat ꝙ introducta est a timore et sufficienti deliberatione eam examinet cū timor cessauerit. Sicut enim ira impedit animū ne possit cernere verum: ita et timor. Et in his que introducit pusillanimitas magis credat iudicio alieno ꝙ suo. Cum vero visionē per se/vel per aliū errorem esse deprehenderit: audacter contra talē timorē postea pugnet. Sicut enim timendo timidi: ita audiendo audaces efficimur. Valet etiā vt ab his se custodiat que pusillanimitatē augent. Hec enī instrumēta sunt demonis: ideo vtilis est orō. Hec ibi. Docet etiā scrupulos dubiosos deponere/⁊ consilia fixa tenere sacra sciptura Ecclesiastici. xxij. vbi dicit sapiens. Sicut loramentū lineum colligatum in fundamento edificij non dissoluetur: sic et cor confirmatum in cogitatione consilij cogitatus sensati in omni tēpore vel metu non deprauabitur. sicut palee in excelsis/et sementa siue īpensa posita cōtra faciē venti non ꝑmanebunt: sic ⁊ cor timi

dum in cogitatione stulti contra impedimētum timo ris non resistit. Sed quia multis scrupulosis videtur difficile aut impossibile q̃ scrupulos deponant respectu quorūdam contemptum. Jdcirco opus est videre quomodo hoc est possibile habenti vsum rationis et voluntatis/perfectum saltem. ¶ Pro cui⁹ intellectu notande sunt diffinitiones liberi arbitrij imperij eius dictaminis/rationis et volūtatis. Est eni vt dicit cancellarius de regulis moralibus liberū arbitriū facultas rationis atq̃ volūtatis/potens iperare ceteris virib⁹ cognitiuis et affectiuis/imo rōni. et q̄q̃ volūtati cū ceteris respectib⁹. Jmperiū liberi arbitrij est dñium rationis dictantis aliq̄d motus/et volūtatis exequentis ipm in inferiores vires/vel tanq̄ inferiores i hoc obedientes. Dictamē autē rōnis exprimit p verbū iudicatiuū/vel modū indicatiuū: vt hoc est faciēdum. executio p v̄bum iperatiuū: vt fac hoc. Ratio est potētia aie cognitiua respectu p̄clusionū deducibiliū ex p̄ncipijs libera. libera scdm aliquos essentialiter/scdm alios solū p̄ticipatiue. Sz volūtas ē potētia aie affectiua rōnalis: hec ex cognitione rōnis pōt ceteris oib⁹ equalit se habētib⁹ elicere actus suos imanētes. Act⁹ aūt imanētes sunt velle et nolle deliberatū: et act⁹ q̄dē medius suspēsiu⁹ vl' exprimētatiu⁹. Nota p̄terea regulā supra xiiij. ca. videlicz. Non ois deliberans agit ex deliberatiōe rc. Rememorāde sunt etiā diffinitiōes sciētie/opinionis/credulitatis: et similiū posite supra p̄mo caplo.

¶ Capitulum. xix. latius docet idem rationibus quomodo scrupuli sunt abijciendi.

Reintellectis igitur nominum significatiōibus facile erit videre quomodo quis potest et debet scrupulos aut contēpnere non curando aut deponere

ratiocinando. Pro quo aduertēdum est id quod dicit Guil. parisiensis in de fide ꝛ legi. in principio ꝙ scilicȝ de operationibꝰ intellectus solū credere bellū habet. Cōprehendimus autē dicit opinari in eo qđ est credere. Credere est enī vehemēter opinari. Scire autē nō habet bellū ꝓpter firmitatē suā nisi sophisticū: quod tamē luminositate sua nō tā vincitur ꝙ͂ velut nebula dissoluitur. Cogitare aūt bellū habere videtur ꝓpter cogitationes que īprobissime se ingerūt: quod euidētissimū ꝛ durissimū est in cogitationibꝰ blasphemie/sicut ꝛ cogitationes mūde vix obtinenť. Vñ. ij. Coꝛ. iij. Non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis sed sufficientia nr̄a a deo est. Nec mirū Ipm enī cogitare voluntarium est: ideo bellū habet. Scirè autē nō est voluntariū: quia est in eis que per se nota sunt. ꝛ maxime in primis īpressionibus non est in potestate arbitrij scire vel non scire ꝓpter proximitatem ipoꝛum ad intellectū ꝛ vehementē īpressionē eoꝝ ꝙ͂uis aliquo modo scientia volūtaria videať vt studere/inspicere libros ꝛ querere: ꝛ ideo laudabilia vel nō. Sed obijceres sicut prima principiā ingerunt sui sciētiā ꝛ certitudinē: sic prima ꝓbabilia credulitatē. ergo credere nō est volūtariū in ipis: sicut nec scire in istis. Respōdetur: probabilitas ꝙ͂tacūqȝ sit nō ingerit credulitatē seu fidē ex necessitate hoībus intelligētibus et exercitatis: cū ipi certi sint nō oīe qđ videtur esse verū/verū esse: vel etiam simile vero esse verū. Idem aūt est ꝓbabile quod verisimile et idē qđ videť verū. Sapientum autē est tam a veri similitudine ꝛ ꝓbabilitate ꝙ͂ a ficto et falso coloꝛe timere semper ꝛ cauere. Illud tamen verū est ꝙ ille q̄ credit principijs syllogistice oꝛdinatis necesse habet ꝛ credere conclusioni. po

ſita credulitate pncipiorū neceſſitate nō abſoluta/ſed cōditionata. Uolūtariū tñ ſimpliciter eſt et liber de oī pbabili vt ei qs credat. vel non credat qm nihil adeo pbabile eſt qđ nō habeat aut diſſuaſionē qua poſſit videri falſum. aut ſaltē qua poſſit videri non credendū eſſe pter periculū erroris. Sufficit eni ſapiēti cū veritatē apprehēdere nō poteſt nō illud a falſitate ⁊ non errare atq̄ nō falli. queadmodū ⁊ bellatori cum hoſtē ſuperare nō poteſt: ſatis eſt ei ſi nō ſupetur ab ipo. et negociatori cū lucrū capere non pōt ſi dānum euitet. Et ne putes philoſophantib⁹ leue damnū credulitatis ⁊ opinionis errorem. hoc eni totis ſtudijs effugere cōtendunt: ne ſcʒ ſuperent ab erroꝛib⁹. ⁊ ne pro veritate quā querūt accipiant fallentē pbabilitatē: aut pro veriſimilitudine mendaciū. ¶ Notandū tamen q̄ cogitare ſi nudū eſt. et ſolū cogitare informe eſt valde et materiale: ſi nō habet aſſenſionem aut certitudinem aut diſſenſionē. Unde nec ab ipa materia ſupra quam cadit q̄tūcunq̄ bona ſit aut mala: vnq̄ formaṫ aut denomiatur: neq̄ vnq̄ habet ex ea laudē vel vituperiū. Cogitare eni. q̄tūcūq̄ horribile et q̄tūcunq̄ deteſtādum malū ſi nudū eſt vt diximus: non eſt malum ſicut nec videre malū. malū eſt q̄tūcunq̄ viſuʒ malū ſit dū modo videre nudū ſit a delectatione ⁊ aſſenſiōe. Alioquin deus malus eſſet qui omnia ſcit ⁊ videt. Hec ille Ex quibus patet q̄ qs poteſt p liberū arbitriū opinionem aliquā vel rationē vel argumentū vel auctoritatem paruā abijcere cōtēpnere nolle ſentire/aut ſuum actū de credēdo ſuſpendere: ⁊ ſcđm hoc cōſcientiā ſuā informare. Ad idem eſt Mattheus de cracouia lib. de rationali diuinorū operuʒ vbi ſic dicit. Hoc argumentum non eſt bonū. neſcio ſoluere dubiū quod circa hāc

conclusionē occurrit: igitur debeo de ea dubitare. ratio est. quia magna dubia occurrunt circa cōclusiones geometrice ꝛ infallibiliter demōstratas. Itē similiter circa fidei cōclusiones. Item est materia tā facilis qn subtiliter inuestigātibus occurrāt in ea q̄ vix aliquando aut nunq̄ forte plene possunt solui. Unde cōclusionibus fidei vel rationi seu argumēto que fidei cōsona sunt aut rationi que euidens est et generaliter approbata vel aliis cōsimilib⁹ mens indubitāter adhereat quousq̄ eque vel magis euidēs aut fortis ratio occurrat. q̄ etiā ante assensuz plene diu ꝓbat. Et si hoc qdē facerēt nō tam multi vacillarēt: sed quia multi volunt statim vacillare q̄ cito occurrit dubiū vel argumentū qd nesciūt soluere: ideo multi errorib⁹ implicant ꝛ dubiis ac infirmant in fide. et se sciolos putāt qd pei⁹ est vel aliis ostēdūt. Hec ille. Unde intuemur quasi in luce quales sint de quib⁹ dicitur eccle. xix. qui facile credit leuis est corde et minorabit. Sed quid de illis qui propter defectū naturalē aut accidentalem: melēcolie vel manie scrupulos deponere non pñt. De qua infirmitate naturali dictum fuit supra tractatu isto ca. iiii ꝛ. v. Respōdetur q̄ deus neminē obligat ad īpossibile scdm beatū hieronymū. Et in his q̄ nō subsunt libero arbitrio fm philosophū nemo laudandus est nec vituperādus. ꝛ per cōsequēs talibus nec meremur nec demeremur. Nā Cācella. tractatu de pollutione. de talibus similib⁹ sic dicit. Dicūt doctores aliq̄ quib⁹ assentio q̄ aliquādo nō tā meritoriuz est credere sicut velle credere nec dolere sensualiter de peccatis sicut velle dolere ꝛ nō posse. ꝓbat p psal. q̄ dicit. Desiderium pauperum exaudiuit dñs. preparationē cordis eorū audiuit auris tua. Deus inqt iudicat nos scdm superioris

rationis arbitriũ/voluntatẽ et iudiciũ.⁊ nõ scõm ea q̃ nobis inuitis atq₃ cõtra nitentibus portio sensualitatis inferior aduehit/et producit. qualia sunt volubilitas imaginationũ/⁊ fantasiarũ. Stimulus insup carnis ille crebrosus aut vincentes vacillationes. Preterea timide ⁊ incerte sunt cogitationes nostre sup agẽdis/⁊ sup eis credendis/que nostris nequaq̃ sensibus attingimus/⁊ cõsimilia. Decipiuntur ex hoc multi ex simplicibus/distinguere nesciẽtes inter ea que portio anime superior agit per sensum/et ea que portio inferior patitur absq₃ superioris assensu. carent idcirco tales sepe alius salubre cõsilium/qui nesciunt illud prestare sibi. Quare sic est: ob turbam certe passionum simul irruentiũ tumultuantẽ/et rixalitatem. Hec ille.

¶ Capitulum.xx. septimam regulam declarat valentem ad depositionem scrupulorum per epykeyam/cuius proprietates ponuntur:⁊ octuplex doctrina secundum eam datur:quarum tres declarantur.

Septima ex eodẽ postremo regula pro scrupulorũ depositione necessaria est p̃ceptorũ discreta epikeysatio seu interp̃tatio vel declaratio. Equitas enĩ dicit Cancel. vbi supra quam nominat philosophus epykeyam: p̃ponderat iuris rigori/vt inquiũt iurisperiti. Est autẽ equitas iusticia pensati oĩbus circũstantiis particularib⁹ dulcore misericordie tẽperata. Hoc intellerit qui dixit. ipse enim leges cupiunt vt iure regant. Et sapiẽs. Noli esse iustus nimis: alioquin summa iusticia summa iniusticia fit. Ambulandũ enĩ est in virtutũ doctrina via regia: vt nec strictius fiat dei mãdatũ nec lati⁹: q̃ ipẽ mãdauerit. Quis inde possint sumere aliqui aut malicie velamẽ libertatis: aut ecõtra in desperationẽ corruere. non tamen oĩbus ꝓ oĩni

tempore ⁊ loco predicandũ asserimus omnem verita-
tem. Est igitur epykeye virtutis cõsiderare nõ nudũ
preceptum sed circunstantias omnes particulariter
ipm vestientes. Unde philosophus. v. ethi. Epykeya
existens interpretatiua legũ / melior est q̃ iusticia lega
lis. Item scd̃m hanc virtutem precepta dei et ecclesie
ac prelatorꝫ seu iudicũ benigniter interp̃tari possumꝰ
Hec valet si in contrariũ dicatur q̃ eius est legẽ inter-
pretari. cuius est cõdere. Esto enĩ vt dicit Johã. de cã-
baco libro. xiiij. de ꝯsolatione theologie / q̃ in foro cau
sarum interpretatio nõ sufficiat / nisi que fieret a prin-
cipe: vel a legislatore. bene tamen sufficit virtus epy-
keye in foro consciẽtie: nõ solum circa precepta huma
na / sed etiam circa p̃cepta diuina. ⁊ tantomagis circa
diuina quãto deꝰ rationabilior est magisq̃ benignus
q̃ quicũq̃ alius legislator. Unde scd̃m eundẽ per vir
tutẽ epykeye octuplicẽ doctrinã ꝯscientie scrupulose
proficuã colligere possumꝰ. Prima est q̃ inter duram
⁊ benignam circa precepta sententiã: pro benigna est
potius ceteris paribus interpretatio facienda / vt per
Uuilhelmũ capitulo. xi. ⁊ alios supra patuit. Cuiꝰ ra-
tio est. q: precepta dei non sunt ad tollendũ oẽm spiri-
tualem dulcedinẽ / qualis certe tollitur quando quis
nimis scrupulose p̃cepta interpretaẽ ⁊ timide nimis.
Nã sicut tinea vestimẽto / ⁊ vermis ligno: ita tristicia
viri nocet cordi. ꝓuer. xxv. Q̃d Cassianus li. ix. institu
torũ de vicio tristicie loquẽs sic exponit. Satis inquit
euidenter ac ꝓprie vim noxij huius ac perniciosi vici
spiritus diuinꝰ expressit. Uestimentũ enĩ esu tinearũ
attactũ nullius precij / vel honestivsus poterit vlteriꝰ
habere cõmercium. Idemq̃ lignũ vermibꝰ exaratũ /
non ad ornatũ vel mediocris edificij / sed ad ꝯbustionẽ

ignis merebitur deputari. Ita igitur & anima que edacissimis tristicie morsibus deuorat: inutilis erit velue stimēto illo pōtificali / quod vnguentū spiritus sancti de celo descēdens / prius in barbā aaron: deinde in orā suam solet suscipere sancti Dauid vaticinio phibet scōm illud. Sicut vnguentuz in capite quod de. &c. qd descēdit in oram vestimēti eius &c. Sed nec ad structuram tēpli illius spiritualis atqz ornatū poterit ptinere / cuius Paulus architect⁹ sapiēs posuit fūdamēta dicens. Uos estis templū dei / & spiritus dei habitat in vobis. Quo circa christ⁹ Matthei .xi. dicit cōsolando Uenite ad me omnes qui onerati estis & ego reficiam vos. vbi dicit beatus Hylarius. legis difficultatibus laborantes / et peccati seculi inuolutos ad se aduocat: & postmodū de iugo euangelij subdit. Iugū enī meuz suaue est. & onus meū leue. ¶ Secunda doctrina secūdum virtutē epykeye ēst ꝙ nec deus / nec ecclesia intēdit per sua pcepta obligare ad vix possibile alicui. Unde sanctus Tho. sup. iiij. di. xvij. dicit. precepta iuris positiui nō se extēdunt vltra intētionē pcipiētis / q̄ est finis pcepti. hec aūt est charitas. Et prima. ij. q. xv. di. Nullus obligat ad ipossibile. Illud autē ipossibile ad qd null⁹ obligat / videt scōm virtutē epykeye in lege noua q̄ est pfecte libertatis interptandū non solū de absolute ipossibili. nec de eo etiā put dicti doctoris sonant verba / qd vix est possibile. vtpote nimiam habēs difficultatē alias nō apparet quō intelligi possit illud christi cōsolatoriū. Onus meū leue. quō enī leue dicit: qd multū aut nimis est difficile. ¶ Tertia doctrina est Nec deus nec ecclesia intēdit mediātib⁹ suis pceptis aliquē obligare ad hoc ꝙ sit fatuus. i. talia pcepta loco & tempore nō obligāt quēlibet vbi eoꝝ obseruantia

foret ridiculosa/saltem apud discretos ⁊ bonos viros ¶Patet illud a simili de votis ex diuino precepto deo reddẽdis.ad que deo reddẽda si sint stulta vt dicũt do ctores ↄmuniter null⁹ obligat. Auctoritas est ad hoc late Innocentij in iure In glo.sup ca.nouit de sen.ex. ⁊ eodẽ titulo ca.cũ medicinalis.lib.vij. Ratio põt etiã assignari q: p̃cepta eccl'ie dant ex charitate qd saltem presupponendũ est ⁊ p̃sumendũ. Sed qd ex charitate statutũ est nõ debet cõtra charitatem militare / vt ait beatus Ber.li.de p̃cep.⁊ dispen. Militarẽt aũt precepta eccl'ie cõtra,charitatẽ si obligarẽt ad sui obseruantiam in casib⁹ ea obseruãdo fatuũ aliquem iudicarẽt obseruantem viri boni et discreti ac deriderent.

¶ Capi.xxi.residuas quinq̧ doctrinas deducit.

Quarta doctrina. Qui vult absolui a debito alicuius p̃cepti faciat in materia eiusdẽ notabilit' vltra debitũ.hoc eni faciendo q̃s sperare debet firmit' se absolutũ foret a debito. Exẽpli gratia. teneris ex preceptis dieb⁹ dñicis ⁊ festiuis a fuilibus operib⁹ abstinere. Si autẽ plurib⁹ diebus in ebdomada/aut etiã regulariter a fuilib⁹ vacare operib⁹ cõsueuisti/p̃sertim vacãdo deo/⁊ orationib⁹ intendo. ⁊ casu te cõtingat in die festiuo quãdam/aut ob necessitatẽ aliq̃d opari:dũmodo hoc sine scãdalo notabili fiat:te ,ppter hec grauari in ↄsciẽtia nõ oportet. Patet hoc in simili. Nam si q̃s alicui teneret' in.v.solidis:et p modũ nũeris.xx. centũ vel mille marcas liberalit' ei daret:nunq̃d talis deberet bene supponere q̧ de.v.solidis alias soluendis q̃tatus,esset. Est enim deus in infinitũ liberalior ⁊ clemẽtior hoĩbus. Ad idẽ satis expresse est Cassianus coll'.pa.coll'.abbatis theonis.ca.xiij.⁊ in multis locis ,pbando q̧ ieiunia ⁊ alia huiusmodi pro loco et tẽpore

seruanda sunt et moderanda. Quadragesime inquit lege qui iustus est atq₃ perfectus nō tenet: nec exigui huius canonis subiectione contentus est: quem profecto illis qui per totum anni spacium delicijs vel negocijs secularibus implicantur ecclesiaru₃ principes statuerunt / vt hac legali quadragesimali necessitate constricti: his saltem diebus domino vacare cogerentur: ac dierū vite sue quos totos quasi fruct⁹ quosdā fuerant voraturi vel decimas domino dedicarent. Ceterum iusti quibus lex non est posita qui spiritualib⁹ officijs non exiguam illam. i. decimam partem / sed totum vite sue tempus impendunt. quia liberi sunt a decimarum legalium functione. Idcirco si eos superueniens honesta et sancta necessitatis coartauerit: audēt stationem ieiunij absq₃ vlla disceptatione laxare. non enim decimarum ab eis exiguitas mutuatur / qui oīa sua domino suo secum pariter obtulerunt: quod profecto absq₃ summo fraudis reatu facere ille non poterit / qui nihil voluntarie offerens deo inexcusabiliter soluere decimas suas legis necessitate cōpellitur. Illud tamen verbum Cassiani videlicet. Quadragesime lege qui iustus atq₃ perfectus est non tenetur sane intelligēdum est sic. videlicet quia non tenetur eā secundum litteram adeo rigide et onerose obseruare quominus ipsam secūdū virtutem epykeye interpretari valeat: pro loco scil₃ et tempore: dūmodo non contra intentionem legislatoris seruare possit et etiā moderare. Per quod quidem non remouetur quin quātūcunq₃ iustus de lege cōmuni seruare teneatur precepta ecclesie sane intellecta secundum intentionem precipiētis. Ex premissis igit̄ patet q̄ quis absolui potest pro tempore a paruo debito. Per hoc quidē q̄ in

eodem genere notabiliter facit vltra debitū maxime in casu quo an illud paruū sit an nō sit debitū dubitať ¶ Quinta doctrina ꝙ in dubijs bonoꝝ vita debꝫ alijs esse viuēdi regula/ ꝑut tactum est supra ca.xvi. Ratio est.q꞉ tales secundū virtutē epykeye p̄sumi debēt habere rectū iudiciū. ¶ Sexta doctrina. In his q̄ solum sunt mala.q꞉ ꝓhibita multuꝫ excusat/vel in toto/vel in tāto cōsuetudo.imo in casib⁹ ex vi rationalis ꝯsuetudinis p̄sertim si p̄scripta sit est ꝯtra ius scriptū multotiens faciendū. Ratio dicti q꞉ sicut epykeya est moderatiua vel interp̄tatiua legū꞉sic ꝛ ꝯsuetudo est optima legū.interpres si de positiuis legibus sermo fiat. Et in de vita aīe dicit Cancellarius. Ois lex humana vel positiua pōt abrogari/in eo ꝙ nō necessario ꝑticipat cū naturali ꝛ diuina.hec aūt abrogatio fit ꝑ ꝯsuetudinē oppositā. Iuxta qḋ dicūt iuriste ꝛ verū est ꝙ cōsuetudo est optima leguꝫ interpres.nec vnq̄ dicenda est corruptela nisi vbi legē diuinā꞉aut naturalē ledere cōuincitur. Nam sicut cōsuetudo dicit̃ altera natura sic lex cōsuetudinalis quasi lex naturalis habenda est Fit tñ abrogatio ei⁹ sicut aliarū cōstitutionū ꝑ exp̄ssam aut interpretatiuā reuocationē factā ab illo qui cōdendi habuit potestatem. Fit deniq̄ abrogatio causa manifeste dānositatis si lex ista fuaret. Patent hec oīa ex descriptione ꝛ conditionibus legis bone. q̄m honesta esse debet iusta/possibilis iuxta naturam ꝛ cōsuetudinē ꝓme loco tēporiq̄ cōueniēs/necessaria vtilis/ꝛ manifesta꞉vt habetur ex dictis Isido. Ex his liquide constat q̄ temerariū est ꝛ iniquū velle oīa decreta siue ecclesiastica siue ciuilia/ad omē tēpus/ad oēm gentē/ꝛ patriā extendere. Quoniā lex q̄ ꝓ vno tēpore aut loco꞉aut ꝑsonis esset vtilis esset in alijs loco ꝛ tpe

et personis impossibilis aut d̄ānosa . imo velle sic oīa statuta stabilire hominū est delirantiū/et quasi contē dentiū vt opposite leges simul obseruētur. Preterea positū est in decretis. d. iiij. ꝙ leges in stituūtur cū p̄mulgantur. firmant: cū moribus vtentiū approbant. Igitur per augmentū a ꝯtrario sensu/ si morib⁹ vtentiū nequaꝙ̄ approbant: ille nullū habēt firmamentū. ꝛ ita popul⁹ habet multū in sua potestate dare robur aut tollere presertim ab initio. Quantū aūt de tēpore sit necessariū vt cōsuetudo vim legis habeat/vel arrogare habeat legem. Dicimus inquit vbi non est taxatum tēpus a legib⁹ aliīs debet fieri abrogatio prout sapiēs iudicabit/nūc tardius/nūc citius iuxta necessitatis aut vtilitatis qualitatē. Uerūtamen q̄r cōsuetudo est altera natura: leges assuete ꝛ quasi iam in natura verse: nō debent absq̄ manifesta necessitate vel vtilitate/vel tolli vel mutari. ¶ Septima doctrina. Homo pōt informare ꝯscientiam suam. dicit Pe. de pal. super. iiij. di. xviij. ꝙ vbi homo non peccat mortaliter nunꝙ̄ incurrit sententiā excōmunicatōis iuris. Excōmunicatio enī debet esse in ecclīa sicut ouis debet esse in ouili: quod est necessarium ad bonū gregis licet videatur nociuum vni oui. Si enī ouis morbida est: curetur si potest. si nō potest expellat ne totus grex inficiat: ꝛ sic vt ouile christi sit sanū non morbidū quando vna ouis mortali morbo laborat: monitionib⁹ moneatur. Si autē per contumaciam appareat insanabilis plaga eius: tunc ab ouili abiicienda est/ne cōtagione pestifera plurimos ꝑdat. Unde apl's. i. Corin. v. Ego enī huiusmodi tradidi sathane in īteritum carnis vt saluus fiat spiritus eius scilicȝ ꝛ alioꝝ. Ex quo seq̄tur ꝙ excōmunicatio non nisi pro mortali peccato debet

infligi: q̈ ille solus iudicio eccl'ie ꝓscidēdus est / qui iu dicio dei credit̄ precisus. Unde cū sententia iuris nō sit iniusta posset homo īformare conscīam suā q̄ vbi hō nō peccat mortaliter: nūq̄ incurrit sententiā iuris q̄ iniuria dicit̄ esse q̄ nō iure fit. Non autē debet. Unde iura nascunt̄: inde nasci iniuriosa excōmunicatio. vñ cū sit iniuriosa excōmunicatio que fertur sine mortali: ideo nō est sententia iuris vbi nō est mortale peccatū

¶ Octaua ꝑterea doctrina pōt addi: quā tradit Johā nes de camba. in libro de culpa et gratia. q. xv. circa finem materie tertie cōclusionis. Ubi cōtra eos qui di cunt ex ↄsuetudine teneri quēlibȝ post peccatū morta le etiā cōtritū cōfiteri ante eucharistie sumptionē sic dicit. Si inquit esset de hoc cōsuetudo etiaȝ generalis ⁊ vim legis habēs: tamen illa vim legis nō excedit in obligando vel in artando. Et ideo in quo cūq̄ casu ꝑtermittens faceret hoc q̄ lex īponit posset excusari a peccato: puta si hoc faceret sine cōtēptu ⁊ per virtutē epikeye: qua ratione periculi alicuius cōsiderari pōt quandoq̄ fieri cōtra v̄ba legis scd̄m q̄ pulchre decla rat sanctus Tho. ii. q. xcvi. arti. vi. et. ii. ii. q. xix. arti. i. In eodē casu vel cōsimili posset ꝑtermitti talis cōsue tudo absq̄ peccato: puta si etiā pretermitteret̄ absq̄ contēptu ⁊ per virtutē epikeye attendo periculū ani me ratione nimie inuolutionis erronee conscientie. Unde et de consuetudine Hosti. ca. i. circa finem dicit sic. Generaliter tibi trado vbicunq̄ consuetudine ser uata anima periclitaretur nō valet. Hec Hosti. quod potest intelligi simpliciter: vel in casu quare ⁊c̄. Hec Johan. de cambaco.

¶ Capitulum. xvii. ad sciēdum quomodo precepta di uina humana ligent diffiniuntur leges diuine: et per

nouem conclusiones fit preceptorum aliquorum interpretatio.

Uerum vt scrupulosi per precepta non vltra q̄ necesse sit se artari putent. de eisdem quomodo ligent q̄tum: quando vbi et qualiter notande sunt prime diffinitiones legum seu preceptorū. Cancel. deinde. ix. conclusiones eiusdem. Est igitur lex multiplex: quedam eterna siue prima: alia naturalis hominum: alia diuina hominum: alia priuata: alia positiua: alia ciuilis et temporalis: alia ciuilis et spiritualis: alia charitatis. Lex enī in genere est recta ratio practica: secundū quem motus τ operationes rerum in suos fines ordinate regulantur. Uel est ipa talis regulatio in quocūq3. Lex eterna seu prima est beneplacitū / seu voluntas suprema domini dei prestituentis rebus a se conditis fines suos τ motus τ operationes ad illas. Lex naturalis hominum est dictamen. legis practicū quod natus est habere quilib3 homo non impeditus in vsu rationis / nec dispositione corporis / nec ex dispositione viciorum. Lex diuina ꝓprie est in hominibus et est lex per diuinam clementiam accepta ad regimē plurimorum pro fine beatitudinis principaliter ordinata. Primum ponitur ad differentiam legis priuate. Aliud ponitur ad differentiam legis iudicialis in antiqua lege. Lex priuata est per diuinam reuelationem accepta ad regimen persone' singularis vel paucorum. Est autē diuina reuelatio illuminatio humane nature rationalis ad quam habēdam vel modum habendi ipa de cōmuni cursu sibi indito non attingit. Lex humana siue positiua est lex per rationem ex lege naturali deducta in consequētijs ꝓbabilibus ad finem debitū humane creature. Dicitur autē ꝓbabile

quod pluribus et maxime sapientib⁹ apparet verum. Lex ciuilis et tēporalis est lex humana ad finem naturalem socialis vite bene regende īmediate vel principaliter ordinata per illu₃ qui curā cōmunitatis gerit sufficienter ꝓmulgata. Sed lex ciuilis et spiritualis est lex humana ex pricipiis creditis vel ratione notis ꝓbabiliter deducta ad finē supnaturalem īmediate et principaliter ordinata: per illū vel illos qui curam habent communitatis sufficienter promulgata. In his omībus pro regula tenendum est ꝙ omnis obligatio finaliter reducitur ad dictamen liberi arbitrij. diuini sic volētis obligare creaturā: qđ dictamē nobis innotescit vel in lumine fidei et gratie infusarum / vel in lumine naturali signato super nos. Unde practica iudicia rationis habemus aut ꝑ lumina scientiaꝝ tam diuinarū ꝙ̄ humanaꝝ ex duplici lumine priori emanantium: aut postremo ꝑ experiētie multiplicis luminosum documētum per quod fit vt tam virt⁹ ꝙ̄ ars certius operentur. Est etiam hic aduertendū ꝙ in principiis moralibus fit ꝓcessus quandoqꝫ a notioribus vt quasi a posterioribus: vt ex his que videm⁹ in humana politia assurgēdo ad diuinam legem. quandoqꝫ fit econtra a priori cōsiderando eas leges q̄ natura sunt notiores qualis est lex eterna. ¶ His premissis est hec conclusio prima. Solus deus / et nullus alius absqꝫ cōmissione eius potest directe et per se obligare aliquē hoīem etiam sibi subditum absqꝫ eius cōsensu libero ad actus interiores et latētes habēdos. Solus quippe deus potest de talibus iudicare. alij autem non nisi ex eius mandato et reuelatione sed tantū de exteriorib⁹. Notanter vero dicitur directe et per se / et absqꝫ consensu libero. quia indirecte et per accidens: vel ex consen

su subditi hoc potest fieri nisi ab interiori procedat. ¶Secūda ɔclusio. Quoniā rationabile est: vt nullus homo aliquid precipiat/nisi illud de quo potest agnoscere iudicialiter scd̄m modum suū in foro suo. Jdcirco finis et intentio legislatoꝝ non cadunt sub obligatione subditoꝝ: sed tantūmodo operationes exteriores preceptoꝝ. Et ita dicēs horas aut ieiunans in peccato mortali aut intentione sinistra: vel absq̄ intētione. absoluit se a precepto eccl̄ie/sed non apud deū. De negligentia autem puersaq̄ intentione sepius excusatur. ¶Tertia cōclusio. Dispēsatio prelatoꝝ que est iuris cōmunis quedam relaxatio seu mitigatio locū habet pcipue circa pticulares casus et psonas singulares: qm̄ aliqua statuta sunt ꝓ cōmunitate que huic persone vel illi ꝛ in isto casu vel in illo nō ita cōgrue dinoscuntur. ¶Quarta conclusio. Consentire censendi sunt superiores saltem interpretatiue ī abolitionem legū suaꝝ positiuarū: quando passim eas diu nō obseruari sciunt aut scire possunt/et nec verbo nec facto reclamant. ¶Quinta conclusio. Lex non instituitur nisi dū ꝓmulgatur/neq̄ vigorē habet nisi cū moribus vtentium approbatur. ꝛ hoc si sit lex pure positiua ad populi regimen. secus de diuina atq̄ naturali dicere tur contra quas non est prescriptio vel ad oppositū cōsuetudo sed tantū corruptela. ¶Sexta cōclusio. Jn oī lege q̄tūcunq̄ positiua bene īstituta aliquid est de iure naturali ꝛ diuino vt q̄ expedit hoīes legibus regulari q̄ qui potestati resistit dei ordinationi resistit ꝛ similes. ¶Septima cōclusio. Discernere ius diuinum ꝛ naturale a positiuis sicut est difficile: ita maxime necessariū est ꝛ vtile in oīni doctrina morali ꝛ politica et hoc fieri ꝑfecte nequit absq̄ sacra sapiētia: que legibꝰ

eternis innitit atq; fundatur rc. ¶ Octaua conclusio. Ecclesiastici prelati respectu preceptoꝝ diuinoꝝ ⁊ regule euangelice nullomõ conditores sunt sed dũtaxat quidam interpretatores/expositores/pcones doctoresq;. ¶ Nona conclusio. Interpretatio ⁊ limitatio vel expositio prelatoꝝ in lege diuina q̃diu prelati non cognoscũtur abuti sua potestate: suscipienda est reuerenter tanq̃ lex dei. Abuterent autẽ si manifeste iponerent onera nimis grauia ceruicib⁹ populi christiani: vt si ad festinandum quotidie vel ad statuta qualia habẽt rel giosi omnes passim restringere quererent.

¶ Capitulum.xxiiii. declarat pctõrum mortaliũ et venialium differentiam ⁊ diffinitionem et ꝓprietatem.

Proinde quia timorate cõscientie scire vellent in quolibet casu vbi esset peccatũ mortale et vbi veniale vel nullũ. Idcirco q̃d de hoc sentiẽdum sit restat declarandum. Ubi notanduꝫ ſm sanctũ Thomam et alios circa di.xxiiii. scdi. ꝙ omne peccatũ est deuiatio ab aliqua lege naturali vel diuina vel quacunq; alia lege recte posita. Et qꝛ oĩs lex habet vim coactionis per penã. alioq̃n frustra ferrentur leges si eas liceret ipune trãsgredi: ideo scdm vnãquãq; legem illud peccatũ dicit mortale/qd pena mortis dãnatur. Ueniale vero quod leuiori pena punit. Un̄ Augustinus omel. vij. super Johan. dicit ꝙ crimen est quod damnationem meretur. licet autẽ proprie mors sit priuatio vite corporalis: tamen ad quandã similitudinẽ priuari finaliter diuina visione et incurrere penam gehenne mors dicitur sicut et ipa visio vita dicitur per christũ Johan. xvij. Hec est inquit vita eterna vt cognoscant te. vnusquisq; enim dicit vitam suam consistere in eo in quo delectatur: ideo ꝓpter summam delectationẽ

que est in visione beata. in ipa dicitur vita nostra consistere/et in eius priuatione cum afflictione gehenne mors. Sic igitur quo ad theologos quorũ est considerare humana opera quatinus regulẽtur lege diuina peccatum mortale dicitur quo quis meretur hanc penam. Sunt autẽ quedam peccata mortalia ex genere actus: quedã venialia ex genere actus vocando gen⁹ actus ratione qua sortitur actus ex materia vel obiecto. Et sic veniale distinguitur cõtra mortale iuxta distinctionẽ materie in qua peccatur hoc modo: quia peccatum est quedam infirmitas aĩe. Et ideo sicut in morbis morbus ille dicitur mortalis qui infallibiliter inducit priuationẽ vite corporalis. Sic in peccatis illud dicitur mortale quod inducit priuationẽ principij spiritualis vite. Veniale autem dicitur illud quod tale priuationem non inducit. Principium autem quo viuimus spiritualiter est charitas per quam homo ordinatur bene ad deum et ad proximum et ad seipm: et ideo illud est peccatũ mortale ex genere suo quod repugnat dilectioni dei proximi aut sui. Dei vt facere cõtra spem/fidem/ charitatẽ/periurium cõmittere/et similia quo ad tempus/ talia sacra q̃ precipiunt in primis trib⁹ mandatis decalogi. Proximi sicut de honore parentũ/homicidio/mechia/furto/et falso testimonio/ similiũ q̃ sunt ꝯtra proximũ. Sui vero in actibus interiorib⁹ q̃ cõprehenduntur in vltimis duob⁹ mandatis. s. nõ concupisces rem proximi tui/aut vxorẽ ꝛc. Hec enĩ similia peruertũt debitũ ordinẽ subiectionis ad deum et fedus humane societatis ad proximum: propter quod ex genere suo sunt mortalia peccata. quando vero voluntas peccantis fertur in illud quod in se quidẽ continet quandã inordinationem: et tamẽ non

cōtrariatur dilectioni dei aut ꝓximi nec tollit ordinē debite subiectionis ad deū nec fedus humane societatis ad ꝓximū: sicut verbū ociosum risus supfluus ꝛ similia: talia dicūtur venialia ex genere. Ad hoc videt accedere dictū Rich. de sancto vict. li. de differētia peccati mortalis ꝛ venialis vbi dicit. Mortale peccatum est qd̄ a quouis non pōt cōmitti sine grādi corruptiōe sui: sine graui lesione ꝓximi ꝛ sine magno ꝯtēptu dei Cetera vero oīa videntur mihi venialia: super quo dicit Aureolus quodli. ij. q. xv. Ex isto videtur posse accipi q̄ mortale est inordinatio grādis valde: ac per hoc q̄ opposita ordinatiōi nō parue ſ3 magne ꝛ necessarie ad finē consequendū. veniale autē deordinatio leuis ꝛ parua est. et per hoc opposita ordinationi vtili siue cōgrue vel accōmode: nō autē ad attingendū finem necessarie. Ad idē videt esse sanctus Tho. summa cōtra gentiles li. iij. ca. xiiij. sic dicēs. Peccatur mortaliter qn̄ totaliter intētio mētis abrūpitur ab ordine ad deū qui est vltimus finis bonorꝫ. In eo enim qui peccat mortaliter oīno auertit̄ intētio volūtatis a fine vltīo. In illo autē qui peccat venialiter manet intētio conuersa ad finē sed aliqualiter impeditur ex hoc q̄ plus debito inheret: his que sunt ad finē. Hec Tho. Et ibi ex intentione conatur tradere differentiā peccati mortalis a veniali. Differūt igitur mortalia peccata a venialibus similitudine multorū actuū aliorū defectuosorū videlicet sicut cōmestio cibi mortiferi a non mortifero: sicut vulnꝰ letale ꝛ incurabile ꝑ naturā a curabili ꝑ naturā. sicut infirmitas certitudinaliter mortē inducens ab infirmitate vitā nō priuate: sed sanitatē pro parte adimente. sicut offensa ꝓ qua q̄s ab aliqua ciuitate perpetuo exilio et carceri dānatur aut morte

plectitur ab offensa que tēporalez penā meretur sicut actus quo omne lumen oculis subtrahit. ab actu quo oculi per mediū subtile lumē intuentur. sicut infectio radicis arboris alicui⁹ a lesione ramusculi alicui⁹ in eadē arbore. ⁊ sicut cursor in via vadēs in cōtrariū termino ad quē ad eum qui versus terminū ad quem vadit claudus stans vel paulisper a via deuians.

¶ Capi. xxiiij. q̄ per peccatuȝ mortale charitas perditur. ⁊ q̄ scire non possumus semp vbi sit peccatū mortale. imo q̄ periculosum sit illud diffinite ostendit.

Ex premissis ⁊ pro eorū latiori manifestatione ponūtur cōclusiones. ¶ Prīa cōclusio habit⁹ charitatis est vita anime. patet per Augustinuȝ. iiij. de trinitate ca. ix. dicentem. Mors spiritus est a deo deseri. mors autē corporis a spiritu deseri. Nec ītelligas deū separari ab aīa absolute. Est enim aliqualis presentia dei anime ipi etiam peccatrici. sed non secundū illum effectum dei spiritualem per quē deus animam viuificat. talis aūt effectus est charitas. q̄ nullus effectus sine charitate valet vt dicit. i. Corinth. xiij. Separatur autem deus cū effectū talem sui subtrahit. ¶ Secūda conclusio. Nullus actus de genere moris in habente vsum rationis est simpliciter indifferens/ neq̄ quo ad bonitatē moris: nec quo ad meritū vel demeritū/ saltē boni tēporalis. satis patet p̄ sanctū tho. prima. ij. q. x. Ideo q̄ minima negligit/ paulatim decidit/ ⁊ in maiora prolabit. Nam veniale peccatū ⁊ si nō perimit de p̄se vitam gratie/ q̄ est vita prima. infirmat tamē operatione eius/ que est vita anime secunda. ⁊ ad mortem si multiplicetur disponit. retardatq̄ a p̄fectu meriti/ et ab acceleratione visionis dei. In via enim dei non progredi regredi est. ¶ Tertio cōclusio. Deus vitā ab aīa

non subtrahit nisi anima prius vnā deserat. pbatur per Augustinū in de vera et falsa penitentia: dicentē ante finem. Deus cū incipit semel benefacere nisi delinqre mus eum eiusdē beneficiū/ quod omnino nostrū est/cū prior sit inspirando: cogitur ex necessitate iuste miseri cordie neminē posse prius relinqre. Nō enim sui est re linquere nisi relinquentē se. Item in de natura et gra tia. Deus non deserit nisi deseratur/ vt pie iusteqꝫ vi uatur. Et. xiij. de ci. dei. ca. xij. Aliquando anima dese ritur a vita sua/que illi deus est/non deserta est vt de sereret: sed vt deseret deseruit. ad malū enim prior est volūtas eius. ad bonū vero prior est voluntas creato ris. ¶ Quarta conclusio. Licet in multis scire teneat quis vbi cōmittit pctm̄ mortale: nullus tñ tenet scire nec scire potest specialiter in oībus difficultatibus/an ibi sit peccatū tale. Prima pars patet ex prima parte ca. iiij. et. v. alias enim ignorans ignorabitur. Secūda pars patet de multis materijs: vbi doctores cōtraria opinātur. Illud etiā sentire videtur Augustinus. xxi. de ci. dei ca. vlti. dicēs. Quis iste sit modus. et que sint ipsa peccata que ita impediunt peruentionem ad re gnum dei: vt tamē sanctorum amicorū meritis impe trent indulgentiā difficillimum est inuenire periculo sissimum est diffinire. Ego certe vsqꝫ ad hoc tēpus cuꝫ inde satagerē ad eorū insataginem puenire nō potui: fortassis et ꝓpterea latēt: ne studiū ꝓficiendi ad oīa ca uēda peccata pigrescat. qm̄ si sciretur que vel qualia sint delicta ꝑ quibꝰ etiā pmanētibus nec ꝓuectu vi te melioris assumptis intercessio sit inquirēda sancto rū et sperāda: eis secura se obuolueret humana segni cia nec euolui talibus implicamentis: vllius virtutis expeditiōe curaret. ¶ Quinta cōclusio. Valde pericu

losum est diffinire aliquid esse peccatum mortale nisi hoc cōstet multū euidēter. Patet hoc per prefatā Augustini auctoritatē. vbi dicit. Difficillimū est inuenire periculosissimū est diffinire. Uñ sctūs tho.quodli.viij. q.xv.dicit. Ois questio in qua de pctō mortali queritur nisi expresse veritas habeat piculose determiat.q2 error quo non credit esse peccatū mortale quod peccatū mortale est cōscientiam non excusat a toto:sed forte a tanto.quod intellige:vt capitulo scdo dictū est.et p.i. ca.iiij.z.v. Error vero quo creditur esse mortale quod mortale non est:conscientiam ligat ad peccatum mortale. Precipue vero piculosum est vbi veritas est ambigua. Unde Cācellarius de vita anime dicit. Doctrina salubris pro doctoribus theologie est:vt nō sint faciles asserere actiōes aliquas aut omissiones esse peccata mortalia presertim sub verbo vniuersali/ et dum predicandum erit ad populum. A litterato inquit z experto viro accepi perniciosum esse in omni arte vel doctrina assertionem audacem z extremam maxime vbi obseruatio cōmunis omittitur obuiatq3. Itaq3 debet quilibet nunq̄ obliuisci q̄ incerta est scientia nostra: ita vt idem homo sepe breui momento tēporis nūc in hanc nunc in oppositam feratur sententiam. Fit preterea quādoq3 vt per tales assertiōes publicas nimis duras generales z strictas: presertim non certissimas nequaq̄ eruantur homines a luto peccatorum:sed in illud profundius quia desperatius imerguntur. Uarij preterea casus sunt et quasi infinite circunstantie. Pro quarum diuersitate diuersificari debet iudiciū: ita vt vir possit aliqua in morib9 regula tradi : que in particularib9 casib9 exceptionē nō admittat. Deniq3 generātur exhinc scrupuli inquietiui. cōscientiaz sim

pliciũ vt in eis sit solidũ nihil. Nam ⁊ si beat⁹ est vir q̄ semp̱ est pauidus ⁊ qui vereꝛ omnia opera sua. obser= uandũ tñ summo opere illud terẽtianũ. quid nimis. ⁊ vt idẽ loquiꝛ ne in cirpo nodũ querat: ne quoqꝫ ei ĩpro pcreꝛ illud eiusdẽ. Quid si celuꝫ ruat. Demum quoqꝫ quid prodest: immo quid nõ obest coartare plus iusto mandatũ dei est latũ nimis. quid insup̱ expedit ama= rius grauiusqꝫ reddere illud iuguꝫ xp̄i quod suaue est ⁊ onus eius leue. Nam ⁊ si cõtentus ex hac laxatione apud quosdã ĩprobos maioꝛ oriatur habẽtes velamẽ malicie libertatẽ. Ast apud alios bñ institutos gratia rum resonabũt actiones. prestabitur etiam sedulius obsequiũ dño. ⁊ patri tante mãsuetudinis. cui⁹ mãda= ta grauia nõ sunt. ⁊ q̄ vult nos tẽptari/ ⁊ nõ grauari su per illud quod possum⁹. Sequiꝛ ex premissis ꝙ stulte querũt qui petũt distinctionẽ aut differẽtiam peccati mortalis a veniali per regulã generalẽ/ facientẽ parti culariter ⁊ infallibiliꝛ scire de quolibet actu si est mor= talis aut venialis patet ex premissis. Et illud sic osten dit Cancellarius vbi supra. Tales inquit petunt ac si q̄rerent a medico doceri se vno verbo regulas genera les de oĩbus morbis ⁊ venenis ⁊ cibis ⁊ vulneribus quando ⁊ quomodo nõ mortẽ inferrẽt. Et certe ad sin gulares circũstantias/ ⁊ ad particularia legis p̄cepta diligens nostra cõsideratio descẽdat oportet: quibus perpẽsis loquendũ est vt sapiẽs iudicabit. Idẽ cib⁹ exẽ pli gratia nonne q̄so põt vni mortẽ certã/ alteri leuem egritudinem ĩducere. Uide ꝙ venenũ fortissimũ mor tis inductiuũ ip̄i compositores tyriace ad mortis eua sionem conficiũt. Porro diuersis hominibus/ ĩmo ei= dem homini variis tẽporibus quis nesciat eundem ci bum nunc salutiferũ fieri: nunc mortẽ celeriter opari

¶ Capitulum.xxv.dat sex regulas vniuersales ad cognoscendum peccata mortalia.

Sed quereres. quid igitur proderit doctrina vniuersalis sup talib⁹ cognoscēdis. Respondetur ꝙ plurimū.ꝓdest ꝑ omnē modū. Nam regule generales fundamētaliter tradite dū ad ꝑticularia vētū est ostēdunt quid de singularib⁹ iudicandū sit. Singulares quippe ad regulas illas vniuersales resoluere conuenit:quo facto veritas illucescit. Carens autē noticia huiusmodi regularū vniuersaliū quando precor poterit his resolutionib⁹ vti.quomodo mensurabit ad regulam qui regulas nō habet:proderit tamē nō negamus circa species peccatoꝝ regulas apponere speciales:sed hoc alterius cōsiderationis est. Nunc tamen super regulas vniuersales quasdā tactas ꝑcedēti ca. et.xiiij.ac.xxi. ponentur adhuc alie.xv.a Cancella. et ab aliis theologis notabilibus prodite. ¶ Est igitur scdm Cancella.prima regula ꝙ nullus est pctm̄ mortale actuale absqꝫ consensu libero rationis vere vel interꝑtatiue. Interꝑtatiuum aūt cōsensum dicim⁹ esse dū habuit ratio tēpus deliberādi et refugiēdi ea circa que vitāda pugil esse tenebaẗ.qualiter dicit lex forensis ꝙ qui tacet.cōsentire videtur dū scilicet repugnare deberet. Consensus tamen solū in actuꝫ venialiter malū est tantūmodo venialis loquendo de veniali ex genere suo vt est verbum ociosum. ¶ Secūda regula. Nō quilibet tenetur scire de quolibꝫ peccato mortali an sit tale.licet expediat illud inquirere et scire iuxta vniuscuiusqꝫ vires ⁊ statū.⁊ plus ecclesiasticos ꝙ laycos. Et inter ecclesiasticos prelati ex officio tenentur ꝙ sint parati omni poscenti reddere rationē de ea que in eis est fide ⁊ spe. ¶ Tertia regula est ꝙ comparatio

peccatoꝝ ad inuicem scđm grauitatē maiorē ⁊ minorē generaliter sumi nequit nisi cōparenť in genere suo ⁊ ceteris paribus. Quoniā scđm alias circūstātias pticulares se habent plurimum vt excedentia et excessa. ¶ Quarta regula quantificatio peccatorū a posteriori sumitur a pena licet non sufficiēter vsquequaqꝫ. ⁊ a priori penes genus obiecti ⁊ intentionē finis/ ⁊ libidinem seu conatū voluntatis maiorē vel minorē et causam motiuā tēpus ⁊ locū ⁊ penes dāna inde sequentia que peccans ꝓuidebat aut ꝓuidere tenebať. ¶ Quinta regula bonitas moralis sumiť ex obiecto. sed totalis bonitas moralis specialiter dependet ex circūstantijs finis ⁊ aliorū simul adunatis. Maliciam vero ex vnius aliarū circūstantiarū carētia ponimꝰ resultare Ceterū bonitatem gratuitā ⁊ meritoriā gratia gratū faciēs operať. ¶ Sexta regula. Omīs actus cuius finis intentus est peccatū mortale: mortalis est siue intēdatur actu vel habitu. quod scitur si operans interrogatus cur hoc facis ⁊ aduertens tandem respondebit ad hunc finem feci. ¶ Septima regula. Actus qui aliunde non esset mortalis: ⁊ fit propter finem venialē videtur esse soluꝫ venialis nisi forte prestituať finis ille vt vltimus ⁊ quietans ⁊ nō solū vt incidens ⁊ minꝰ principalis actu vel habitu. ¶ Octaua regula. Nullū etiam desiderium rei illicite factū tantūmodo sub cōditiōe actualiter vel habitualiter adhibita est de per se mortale delictū. De per accidens tā ꝓpter appetitus sensualis cōmotionē nimiā qua scienter dimittiť inualescere ex talis desiderij cōtinuatione libera pōt ipm inter mortalia deputari. ¶ Nona regula. Si q̄s mouetur occasionaliter solū ex peccato mortali ad aliquem actum faciendū non oportet illū actū esse pec-

catum mortale. Secus si causa principalis hui⁹ actus esset mortale peccatum. ¶ Decima regula. Exponere se periculo peccati mortalis: est mortale peccatum vel sic. agere incertum ⁊ dimittere certum in materia morali est peccatū mortale: si tale sit incertū q̄ sit mortale: non solum per cōiecturas leues aut ex suspitione trepida ⁊ scrupulosa proueniente ex nimio timore cadēdi in via dei. sed intelligitur dum tale est vehementer ⁊ probabiliter incertū eque sicut oppositū vel magis. tūc enim illud quod agitur nō carebit mortali culpa aliter non oportet vt tactū fuit supra ca. xi. et. xiij. ¶ Undecima regula est. Omnis agens contra conscientiam edificat ad gehennam vel mortaliter si cōscientia sit fixa. q̄ id quod agitur est mortale vel venialiter solum q̄tum est ex parte vnius circunstantie que est facere contra conscientiam: si conscientia videlicet solū illō esse veniale. ¶ Duodecima regula. Nullus est actus adeo mortalis quin ip̄e vl' sibi similis sit non mortalis: si displicet vel si nō placet consensu perfecto et deliberato. Similiter nullum peccatum est a deo veniale quin ipsum vel sibi simile fiat mortale dū placet: hoc est dum consensus additur. si tamen illud veniale erat actus mortalis ex genere suo: et ex eo q̄d non fiebat ex consensu libero et perfecto venialis reddebatur. ¶ Tridecima regula. Multa ex genere mortalia sunt quorū similia possunt effici bona dū trahuntur extra rationē suā. quēadmodū dolere deliberate de bono alterius est mortale delictū. Si vero hoc fiat pro zelo iusticie boni cōis cui cōtrariū est male bonum iste dolor virtus erit. Plerūq̄ etiā multa ex g̃ne bona essent que ex aliqua circūstantia peruersa fiūt mala ⁊

speciem mortalē imitantia. ¶ Decimaquarta regula Nihil est adeo consiliū in lege euāgelica quin in casu possit obligatoriū esse. ⁊ ita q̄libet vtens rōne tenetur scdm̄ p̄parationē animi ad quodlibet cōsiliū. vt puta martyriū vel dimissionē omniū suoꝝ ⁊ similiū. si et ibi necessitas imineret hoc agēdi. Obligat insup quodlibet cōsiliū vt nō contēnatur. tanq̄ nō sit salubrior seruatio ei⁹ q̄ oppositi. Et tn̄ nullus ita cōsiliis euādia astringit̄ quin ab eo aut possit aut debeat in casu eorū obseruatio verbalis quādoq̄ p̄termitti. vt de non habēdo duas tunicas ⁊ de p̄bendo pallio tunicā auferenti ⁊ similibus. ¶ Decimaquinta regula. q̄r ars nō deliberat si ex virtute agit aliq̄s quādoq̄ quasi subito sit ex p̄uersa assuefactiōe viciosus: quasi repente p̄cipiatur. Et ita male habituat⁹ in viciis/ vt in iurādo/ decipiēdo/ odiēdo/ in iudicando ⁊ similib⁹: fere demeret̄ cōtinue sicut virtuoso cōtinuo merces accrescit vt verū sit q̄ in sordib⁹ est sordescat adhuc. ⁊ iust⁹ iusticiā faciat adhuc. ¶ Decimasexta regula est de permissionibus peccatorū ⁊ relaxatione penarum videlicet q̄ pene sunt restringende/ sic q̄ absq̄ vtilitate reipublice/ vel eius cui infligūtur/ nec instituī nec istitute exequi deberent. ⁊ peccāt oppositū faciētes vel eas cum insti tuerint nō tollētes. In omni autē republica tollerari possunt aut debent vitia/ que absq̄ deteriori periculo neq̄ corrigi neq̄ extirpari valerent. quando autem illud est ⁊ quando non difficile est: ⁊ sepe impossibile generaliter diffinire nisi prout circunstantiis particularibus inspectis prelati superiores ⁊ sapiētiores determinabunt. Exemplum est de meretricibus/ vsuris/ et similibus: que quandoq̄ permittunt̄. ⁊ ita de concubinariis pro loco et tēpore staret forte esse faciendum.

¶ Capitulum. xxvi. docet quando aliquid sit peccatum in regulis religiosorum: et in aliis statutis humanis/et quid sit contemptus.

Sunt etiã alie regule de qbusdam pctis que cõtingere possunt circa varios act⁹: videlz de scandalo ignorãtia/et cõtẽptu: de qbus sit hec pma regula. Nullus agẽs bene scõm oẽs circũstantias dici debet dare scandalũ alteri q̃tũcunq3 scandalizet ali⁹. Scandalũ eni est dictũ vel factũ min⁹ rectũ prebens alteri occasionẽ ruine nam in via oino recta si qs occiderit nõ ex scandalo vie sed ex pprio defectu puenit. Solus aũt ille scandalizat actiue: q̃ aduertẽs vł aduertere debẽs alios pniores esse ad peccandum ex modo suo agendi qui sibi nõ est in precepto: nihilomin⁹ ipe operari non desistit. Secus in casibus hic exclusis vbi malicia propria est scandalũ gratis acceptũ. Ubi preterea non est aduertẽtia nec esse debet de scandalo alteri⁹: et vbi qs ad illud operandũ teneret. Dicitur vero ille ex malicia sua peccare et scandalum accipere/nõ ex actu alterius: qui iformat⁹ sufficiẽter de bonitate huiusmodi actus nihilomin⁹ in ruinam vult cadere: vt si ex voto religionis emisso parentes post sufficientẽ de religionis pfectiõe informationẽ se scandalizari cõquerant. Scandalũ est huiusmodi non pusillorũ sed pharisteorum acceptũ scz et nõ datum. Unde quilibz ab omi actu cui nõ est constrictus aliũde tenet desistere quando timet vel timere debet secundũ vehementẽ coniecturã scandalũ pusillorũ quousq3 de isto cõpescendo diligẽtiam cõpleuerit nisi forte pro cõmuni vtilitate vnctio spiritussancti doceat illud tũc agenduz: vt christus fecit in publicatione veritatis. ¶ Secũda regula est de ignorantia. Ignorantia iuris diuini si sit culpabilis non

cadit in facientem illud quod in se est: quia scilicet talem hoiem de necessarijs ad salutē que vires suas excedūt docere imediate parat⁹ est deus. Ita etiā ignorantia inuincibilis excusat in eis: pſertim q̄ sunt facti nō au tem crassa vel supina q̄ ꝓuenit ex negligētia sciēdi et faciēdi ꝙ in se est. Dicit autē inuincibilis nō qn vinci possit/aut ꝙ necesse sit ex ea tunc operari: sed quia operans sufficiēter secūdū casus euentū diligentiā apposuit sciendi illud qđ nescit. De ignorantia vero iuris humani sufficiēter ꝓmulgati tenēdū est ꝙ nō liberat subditos a pena in foro exteriori: licet frequēter quo ad deū excuset a culpa quosdā ignorātes. In sup sciendū ꝙ dans operā rei illicite ad se nō spectāti: nō excusatur per ignorātiam de peccato sequēti. Presertim quo ad penas in foro exteriori de rigore soluēdas: sed sed apud deū non imputat ad nouū/vel ad maius peccatum: sicut interfectio hoīs p ebriū nō vtentē ratiōe nō habꝫ culpā maiorē q̄ fuerit talis ebrietas. De adorante xp̄o adoratiōe deo debita absolute idolū vel dyabolū transfigurantē se in angelū lucis seu christi. dicēdū ꝙ talis a mortali crimine nequaq̄ excusat: nec hic ignorantia inuincibilis locū habꝫ sꝫ ꝓbandi sunt spūs si ex deo sunt. Secus si sub cōditione iplicita vel explicita hec adoratio fieret vbi ꝓbabilis coniectura de sic agendo ꝯtingeret: quēadmodū hostiā nō cōsecratam imo lapidē hostie similē casus aliqs licite faceret adorare. ¶ Tertia regula est de contemptu hec videlicet contēnens auctoritatē superioris non ex passione vel fragilitate vel ignorantia: sed ex contēptu qui est pn̄cipalis causa aut finis transgressionis sue: reus peccati mortalis existit: vt dum quis dicit superiori in eo ꝙ superior. ego in despectū vestri hoc agā qđ inhibetis

alias non acturus. ¶ Pro cuius verbi intellectu notat Antisi. in summa q̄ conte̅ptus tribus modis fieri potest. Uno modo est appreciari rem min⁹ iusto. Alio modo est rem negligere/ et de ea non curare: vt cū peccans habet circūstantias retrahentes sed eas non curat aduertere. Claudit quoq̧ oculos quodāmodo et vertit terguz ad eas. Tertio modo est irasci rei tanq̄ vili: et eam aspnari. Primū est malū: secūdū est peius: tertiū pessimū. Dicam⁹ igit̄ q̄ in om̄i peccato etiam veniali cōmittit̄ conte̅ptus dei primo modo vere vel interpretatiue. Secundus conte̅ptus interuenire potest tam in mortali q̄ in solo veniali. Tertius contemptus cōtra deū precipientē et cōtra prelatū suū inq̄tuz prelatus est: nō videtur vnq̄ fieri cū deliberatione cōpleta absq̧ peccato mortali/ et hoc vocatur ꝓprie conte̅ptus. Diligenter tamen aduertendū q̄ refert plurimum dicere aliquid fieri ex contemptu/ et aliquid esse cum conte̅ptu. sicut refert aliquid fieri ignoranter: et aliquid ex ignorantia. Dicitur quippe aliquid fieri ex conte̅ptu quando contemptus est principalis causa talis actionis sic q̄ illo nō existente nō fieret actio. Ita quis operatur ex ignorantia: q̄n ista nō existētie nullo modo fieret id quod fit. prouenit autē actus nōnunq̄ cū conte̅ptu vere vel interpretatiue: non tamen ex cōtemptu. quia contemptus nō est in causa: sed vel infirmitas aut debilitas / aut ignorantia / aut affectio aliqua viciosa et libidinosa dominatur. sicut peccat aliq̄s quandoq̧ ignoranter ita tñ q̄ nō min⁹ operaretur q̄d operat̄ si illud cognosceret: ideo palā est ignorātiam tūc non esse causam agentē sed circūstantem. Ex his omnibus patz q̄ non videtur regula generalis posse sumi de distinctione inter mortale penes hoc quod est

esse vel nō esse ex contēptu quoniā si capiat contēptus pmo modo non est necesse oēm actū factū ex contēptu esse mortalē dū scilicʒ deus prelatus appreciat minus iusto solū venialiter: ⁊ ex cōtēptu tali mētitur aliquis aut ociose iocatur/ aut lente resistit primis motibus. Similiter ex scdo cōtēptu potest euenire q̄uis nō ita leuiter nec frequenter: sed actus si puenit deliberate ex deliberatione cōpleta ex tertio cōtemptu semp est mortalis. Hoc enī fit quādo peccans attēdit ad p̄cipiētem ⁊ ad preceptū eius licitū siue sit deus aut prelat⁹ et ppter vilipēsionē aut aspernationē p̄cipiētis suiqʒ precepti assurgit effrenate ad talē actū faciendū/ vel omittendū: alioquin nō facturus vel nō omissur⁹. hoc pprie est agere ex contēptu tanq̄ si dicat aliqs ego in despectū vestri: ⁊ qz sic p̄cipitis agā oppositū nō tamē om̄e pctm̄ mortale tali vestit circūstantia. Egidi⁹ de quodli. vi. q. xxi. vbi querit. An religiosus frangens silentiū agat ɔtra constitutiones peccet mortaliter: distinguit di. Ex contēptu peccat qs dupliciter. Primo si hoc ideo qz hoc religioso p̄cipi potest ipse vult contrarium facere: vbi maxime apparet cōtēptus sicut diceretur aliqs in contēptū ⁊ despectū facere ɔtra aliquē quando videret facere ea q̄ sibi sunt ɔtraria. Secūdo dicit facere in contēptum religionis quando nō tenet se ad finē religionis: ⁊ religionē nō reuertet nisi q̄tuʒ timet vel ppter aliā causam cui⁹ ratione nihil curat obseruare de statutis religionis. sicut dicimus q̄ aliquis cognoscens vxorē suā peccat mortaliter si cognoscat eam: nō qz vxor est sed qz femina. Ille autē cognoscit vxorē suam vt vxor est: quando nullo modo aliū se vellet cōiungere. Ille aūt vt feminam: qui coniungit se ei nō habens differentiam cui se cōiungat an vxori

an alteri. Sic & multi in religione viuũt q: nõ possunt vel quia verecundantur aliter viuere. & si possent sine verecũdia: libenter colla ab onere religionis exclude rent. Tales vt plurimũ manẽte talivolũtate reuerentiam ad religionẽ nõ habent. Añ tales p̃uaricant̃ religionis statuta ex contẽptu: q: religionẽ contẽnentes nihil curant de religione obseruare nisi quaten⁹ possent i religione tollerari. Si ergo sic frangit̃ silentiũ ꝙ frangẽs in nullo frenũ religionis habẽs libẽter in aliĳs cõtrairet sicut cõiungat⁹ in nullo frenũ coniugi habẽs libẽter aliĳs coniugis cõmisceretur: potest esse peccatum mortale. Sed si quis ex societate vel aliter sine religionis contẽptu frangat silentiũ vel sit preuaricator eoꝝ q̃ scd̃m se nõ sunt mala: sed sunt in religione vetata solũ ꝓpter obligationẽ ad penam nõ ad culpam: nõ dicim⁹ ꝙ mortaliter peccet. Hec Egidi⁹. Satis cõcordare videtur Cancella. vbi supra vbi sic dicit. Si religiosus contẽpserit regulã suam & sui supioris auctoritatẽ etiã in his q̃ appellantur monitiones seu monitoria. et pro quib⁹ sola disciplina ordinis statuta aut supioris ẽ arbitrio derelicta ille peccat grauiter: q: et monitũ contẽnit & remediũ: vt Bernar. in depre. ait. Itaq; passim & absq; ptenso qualislibꝫ ignorantie vel fragilitatis velo. sed sola libidine transgrediẽdi q̃ monita sunt religionis effrenus est ad oĩa velut vnus ex secularib⁹: palam est ꝙ contẽnit p̃sertim si sup his ipse addiderit ptinatiam que recusat disciplinã. Sic accipiendũ reor illud beati Bernar. & alioꝝ cõmuniter dicẽtium talia esse criminalia si contẽnent̃ vel si fiant ex cõtẽptu. Carẽt aũt hoc contẽptu qui ex fragilitate humana vl̃ quadam leui curialitate frangũt silentiũ aut alia agũt opposita his que monita sunt vel scd̃m

Bernar. factiua precipue quia parati sunt ad disciplinam ordinis: dum illa iuste requiritur ab eis conformiter ad regularem institutiones et consuetudinem bonam in talibus obseruatam.

¶ Capitulum. xxvij. docet quando preceptum diuinũ sit obligans ad mortale peccatum et quando non: et ꝙ latum sit medium virtutis secundũ virtutẽ epikeye.

Ad maiorem autẽ declarationẽ que sint precepta ad mortale obligantia et que solum ad venialia pro finali conclusione huius tractatus notandum est secundum predictum cancellarium ꝙ quia dei mandatum est latum nimis ꝫm psalmistam. Ideo in preceptis quibuslibet attẽditur quadruplex latitudo: videlicꝫ magna parua minor minima. Magna inꝙ parua secundum quas mortaliter et venialiter peccare possumus. Minor vero vbi aliquid est consilium solũ. Sed minima vbi iam est consũmmata iusticia que solum habetur in patria de qua augustinus dicit ꝙ preceptum de dilectiõe dei ex toto corde solum in patria perfecte et proprie adimpletur. Magna igitur latitudo est infra quem consistit iusticia: qualem a nobis requirit deus sub pena incurrẽdi odium suum cum reatu mortis eterne. Extra hanc latitudinem nõ stat rectitudo quẽ qui transit et egreditur agendo vel omittendo ipẽ in tortuositatem peccati mortalis semper labitur. Hec latitudo magna est mediũ virtutis quale posuit aristoteles esse visibile tanꝙ signum ad sagittam. Conformiter ad hoc loquit Oratius. Est modus in rebus sunt certi deniqꝫ fines. Quos vltra citraqꝫ nequit cõsistere rectum. Alia latitudo strictior ꝛ parua est infra cuius limites consistit iusticia seu rectitudo: qualem a nobis requirit deꝰ mediate vel im-

mediate si volumus vitare non tantum odium suum cum reatu pene eterne secũdum legẽ sed etiam offensam eius quãlibet/aut nõ retardari a vita eterna/aut corporaliter non puniri. Exorbitatio ab hac latitudine constituit aliquando tantummodo peccatum veniale dumvidelicet deviatio non est tanta ꝙ exeat primam latitudinem/nec ita parua ꝙ maneat infra secundam. Certum enim est ꝙ in pueris et infirmis et aliis non habentibus plenitudinem vsus rationis sepe venialia sunt que apud viros grandiores merito criminalia dicũtur. sicut etiam quedã ex genere mortalia/sunt venialia in aliis hominibus ex defectu plene deliberationis/et consensus: vt sunt cogitationes illecebrose non morose. Exemplum de latitudine prefata duplici in preceptis. Sit enĩ illud preceptũ honora deũ ⁊ parẽtes. Potest aliqs non honorare parẽtes multipliciter. Uno modo quia pro tempore ⁊ loco quibus honorandi sunt: ipse dũ cogitat de eis spernit eos cõsensu pleno ⁊ deliberato/aut scienter cum deliberatione perfecta: ista tunc omittit/que ad honorẽ debitum pertinẽt. Erit enĩ hec latitudo precepti sic explicabilis. Honora deũ et parentes loco ⁊ tẽpore quibus cogitabis de eis: sic ꝙ consensu perfecto et deliberato/eos nec malignãter inhonores: nec honore suo voluntarie scienter atqꝫ notabiliter priues. Quisquis exierit hoc mediũ virtutis/eãqꝫ latitudinem: ille profecto tenebit reus deviationis tortuose ⁊ criminalis. At vero quia contingit aliter inhonorare deum et parẽtes. Erit rursus alia latitudo precepti sumpta per epikeyam ex aliis circunstantiis. Potest itaqꝫ inhonoratio talis contingere/que non erit notabilis malicie in genere suo: vt levis gust⁹/aut risus/aut verbũ

aliquod minus sobriũ in presentia sanctoꝝ dei aut parentũ suoꝝ etiam cũ deliberatione. Et dũ actualis ad ista habeẽ consideratio: potest nihilominꝰ talis inhonoratio reperiri / que licet ex se sit notabilis caret tñ cõsensu pleno moroso ꝛ deliberato ob etatẽ. infirmitatem / ignorantiam / surreptionẽ nõ faciẽtes. Primam inhonoratione dũ tamẽ absqꝫ scandalo fiat alioꝝ quis auderet culpe mortalis arguere? Secũdam similiter nullus opinor mortalẽ accusabit. Jta in omi fere precepto reperire est. Exhinc etiam elicit euidẽs necessitas virtutis illius quã Aristo. epikeyã appellat. Cuiꝰ est cõsiderare nedum preceptũ de se: sed circũstantias oẽs particulariter ipm vestientes. De quo dictum est capi. xix. supra. Ex his cõsequenter habetur modi concordandi rigorẽ iusticie atqꝫ seueritatẽ discipline cum leuitate misericordie et fauorabilis indulgentie: imo necesse est vt in omni actu nostro vt alterutrum cantemus deo iudiciũ et misericordiam. Alioqn iusticia in iniquitatẽ / ꝛ seueritas in crudelitatẽ conuerteretur: queãdmodũ si quis paruulum filiũ suũ dãnare vellet ad carcerem. quia puerili ira motus matrẽ percussit. Jta de ebrio fatuo aut inaduertente quis non cognoscit hanc penã esse iustissimã: quã in aliũ grandeuum sobrium ꝛ deliberatũ liceret inferre. Quare cõcludit ꝙ preceptuꝫ si sub prima latitudine explicata cogitet aliter obligat ꝙ̃ sub secũda. Prima latitudo proprie vocatur preceptum. Secunda vero mandatũ statutũ ordinatio / vel magis apte vocatur monitio quod sonat vt ratio sit peruigil: vt nec venialibꝰ deturpetur. Sic etiam patꝫ ꝙ est quedam lex inter preceptũ ꝛ consiliũ que lex plus ligat ꝙ̃ consiliũ: et minꝰ ꝙ̃ preceptũ tanꝙ̃ si diceremus in omni policia illam legẽ dũtaxat

esse preceptū cuius trāsgressio scđm oēs circūstantias pensatas extremo mortis supplicio plectēda cēsetur. Illi vero legi monitionis nomē appropriate dicimus cui⁹ trāsgressio circūstantijs oībus ponderatis veniā habet aut temporalem solā punitionem demeretur.

¶ Capitulum.xxviij. simile docet de votis iuramentis et preceptis communibus.

Sequitur ex prehabitis hec .i. regula generalis. Sicut in p̄ceptis ita in votis saltē cōmunibus et in iuramētis ac inobediētia duplex illa latitudo p̄dicta intelligēda est sic q̄ non omī voti cōmunis: aut iuramēti vel alia trāsgressio est peccatū mortale. Iuramenta enī ⁊ vota talia ita nunq̄ proferūtur absolute quin interpretationes cōditiones glosas/aut ciuiles intelligētias suscipiant. vt sapiens epykes iudicabit. hoc enī iam supra probatū est capitulo.xix. Ad idem sunt iura plura. ad idē est rō ex sacra scriptura sūpta. Cū enī finis oīs legis sit charitas scđm ap̄lm.i.thi.i. Cū p̄terea religiones ⁊ auctoritates prelatorū date sint ad edificationem corpis xp̄i mystici/nō ad subuersionem et illaqueationē fideliū se eis submittentium quis auderet dicere aut cogitare q̄ sancti viri sancto spiritu pleni supra iugū christi suaue/⁊ facilitatem legis sue adijcere voluerint onus grāde tot ⁊ talium cōstitutionū sub obligatiōe pari ad p̄cepta pure diuina: hoc est sub reatu et pena dānationis eterne? Dictū est aūt in votis cōmunib⁹ notāter. q: sec⁹ est de ꝑticularibus votis q: vota in cōmunitatibus interp̄tēda sunt magis ad intentionē cōmunem que illic habetur aut haberi debet q̄ ad particularē intētionē vouētis. Uouēs aūt particulariter in re ꝑpria sicut est actor voti: ita est su⁹ interp̄tator ex intētione ꝑpria. Quis intētio

si sit palã erronea aut stulta peccet: certe nec ad voti li
gat impletionẽ imo ꝙ supiori auctoritati se. n ꝑ reser=
uetur habet vsus vniuersalis eccl'ie. ¶ Secũda regu=
la generalis. Sicut non oĩs profitens euãgelicã re=
gulam vel legẽ ⁊ ad obseruationẽ sui se obligãs quod
fit in baptismo peccat mortaliter in oĩ trãsgressione
cuiuscunqꝫ in eadẽ legeꝛ ꝯtenti. sic nec oĩs ꝓfitens
alicuius religionis reg...am vel iurãs statuta alicuiꝰ
cõmunitatis peccat mortaliter in oĩ transgressione
cuiuscũqꝫ contenti in regula vel statutis. Ratio est. ꝗ
sicut in veteri lege/sic et in noua sunt multe traditio=
nes que qñqꝫ ꝑcepta quandoqꝫ mãdata/ quandoqꝫ in=
stitutiones/qñqꝫ leges diuine nominãtur. Quarũ tñ
alique sunt ꝑcepta stricto nomĩe. alie monitiões/ imo
alie cõsilia solũ/⁊ alie iusticia cõsummata. eodẽ modo
est in regulis et statutis religionum. ¶ Est igit̃ tertia
regula cõsolatoria hec. ꝙ institutiones humane non
debent tales interpretationes aspernari quales iura
mẽta ⁊ vota scd̃m concordẽ doctoꝝ sententiã recipiunt
etiã dũ ꝓferũtur absolute. Alioquin enim in laqueũ
⁊ magnũ salutis dispendiũ verterent̃. Sed argueres
sic. Omis violans iuramentum aut votũ peccat mor
taliter. quia periuriũ est mortiferum. Sed Johannes
monachus iurat oĩa seruare que sunt in regula/ nõ
enĩ fecit exceptionẽ/ergo in oĩ trãsgressi one huius=
modi voti ⁊ iuramẽti ⁊ obedientie peccat mortaliter.
Respõdetur concedẽdo maiorẽ sed negãdo minorẽ vi=
delicet ꝙ iuramentuꝫ votũ cadat isto mõ sup oĩa q̃ in
regula continẽtur. Sed quereres sup q̃ cadũt ⁊ sup q̃
non. Accipe de hoc regulam generalem hãc ꝙ super
sola precepta proprie dicta hoc est secundum primam
latitudinẽ cõsiderata cadit hoc modo votũ ⁊ iuramẽ=

